




**Illistrissimi principis ac domini, domini Johannis Friderici secundi, Ducis Saxoniæ, Landgrauij Thuringiæ, & Marchionis Misniæ, suo ac Fratrum D. Johannis Wilhelmi, & D. Johannis Friderici natu Junioris nomine, solida & ex Verbo DEI sumpta confutatio & condemnatio præcipuarum Corruptelarum, Sectarum, & errorum, hoc tempore ad instaurationem & propagationem Regni Antichristi Rom. Pontificis aliarumque fanaticarum opinionum, ingruentium & grassantium, contra ueram sacræ Scripturæ, Confessionis Augustanæ, & Schmalkaldicorum Articulorum Religionem, ad suæ Celsit. et Fratrum suorum subditos cuiuscunque Ordinis scripta & edita, ut auxiliante DEO illas Satanæ technas cauere, & in puritate Verbi DEI prædictaque Christiana agnita, recepta, & confessa Religione (in cuius confessione & ipsorum Celsitudiues, DEI beneficio, constantes ad extremum usque uitæ spiritum perseuerare decreuerunt) illi quoque permanere possint, quemadmodum & debent.**



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnede
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

More information on this collection is available at:  
<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


E. oct.

347



Dar  
Held  
Gard





it. g. de electioe nostri dñi dñs. ar.  
on h̄t. c. de testam̄.  
y. l. ult. ar. ad h̄. i.  
nto. nō est nouuſſ  
u. qd' aut̄ iſi. l. deſ  
nemo ſ. te acq

b̄t. n̄ia quia na  
te q̄ trahen. li  
l̄et magistre. eg  
z. de ges. p. a  
v. m. same. a  
rgo p; quod

Theologia

Octavo n°. 347.

de off. proqſur. obſeruare ſi  
i. p̄o. moāſio. i. de eti. z. q̄li.  
i. ſi n̄i pb̄i ſint ut ibi cum  
it miſt quēdam b̄ndictio. ut. i.  
ut hoc facere. au. ſuam b̄ndic  
p̄o; um tomui. p̄p. h̄. q̄cedit p  
b̄ualib. ur. alijs paciant mo  
n ep̄o; um ſimilem i. dulgeāā

mod facē nō poſſunt ad p̄ua  
m tebet q̄ ad qmūne ualitatē  
petuam. z. de offo. archipb̄i  
tione. f. labeo. z. de p̄ben. id.  
i. ſensi. ca. nō ſuffici ut poſ  
ictus ip̄ius ad regulares. i. de

iſi ar. m̄ eſt quod. r  
poſſone ſervetur. i  
valet. Silenciu m̄  
a omib. poſſe pi  
nulla. el. c. quia h  
illud fuit tollerat

# ILLVSTRIS =

SIMI PRINCIPIS AC DO-  
MINI, DOMINI IOHANNIS  
Friderici secundi, Ducis Saxoniæ,  
Landgrauij Thuringiax, & Marchionis  
Misniæ suo ac Fratrum D. Iohannis Vulhelmi, & D.  
Iohannis Friderici natu junioris nomine, solida & ex  
Verbo DEI sumpta Confutatio & condemnatio præ-  
cipuarum Corruptelarum, Sectarum, & errorum, hoc  
tempore ad instauratō nem & propagationem Regni  
Aetē Christi Rom. Pontificis aliarumque fanaticarum  
opinōnum, ingruentium & grassantium, contra ueram  
Sacrae Scripturæ Confessionis Augustanae, & Schmal-  
Kaldicorum Articulorum Religionem, ad sue Celsit. et  
Fratrum suorum subditos cuiuscunque Ordinis scripta  
& edita, ut auxiliante DEO illas Satanae technas caue-  
re, & in puritate Verbi DEI prædictaque Christiana  
agnita, recepta, & confessa Religione (in cuius confessi-  
one & ipsorum Celsitudines, DEI beneficio, constantes  
ad extremum usque uitæ spiritum perseverare  
decreuerunt) illi quoque permanere pos-  
sint, quemadmodum & debent.

CVM INDICE.

IENAE.



DEVT. XVII.

Cum federit Rex in solio Regni  
sui, describet sibi exemplar huius  
Legis in libro coram Sacerdotibus Le-  
uitici generis: eritque illud penes eum, ut  
legat in eo CVNCTIS DIEBVS uitæ  
suæ: ut scilicet DISCAT TIMERE  
DOMINVM Deum suum, & SER-  
VARE omnia uerba Legis huius atque  
statuta ista, ut faciat ea: Et ne extollat cor  
suum super fratres suos: neque RECE-  
DAT a præcepto, neque ad DEXDE-  
RAM, neque ad SINISTRAM: neque  
reducat populum in Aegyptum, propter  
multitudinem equorum: ut PRORO-  
GET dies in Regno suo, ipse & Filii ei-  
us in medio Israëlis.

NOS DEI GRATIA IOHAN  
NES FRIDERICVS SECVN/

dus Dux Saxonie, Landgrauius  
Thuringia, & Marchio Misnia.



ALVTEM, GRA-  
tiam, & nostrum fauo-  
rem deferimus, & no-  
stro & Illustriss. Princ-  
pum, Iohannis Vuilhel-  
mi, & Iohannis Frideri-  
ci Saxonie, &c. charisi-  
m germanorum nostrorum  
& singulis nostris Prae-  
toribus, Baronibus, Doctori-  
& Professoribus Academ-  
ensis, nec non Superin-  
totoribus, Concionatori-  
bus, Litaribus, Praefectis, No-  
ribus, Prætoribus, Con-  
sulibus, Decurionibus munis-  
tis, Magistris, & reliquis no-  
strorum Subditis &

Reuerendi, Generosi, Nobiles, &  
venerandi Viri, singulari erga nos fide  
A ij præ

præditi, non ignotum est uobis totiq; Germaniæ, æternum & omnipotentem Deum, pro ineffabili sua erga nos indig. nos misericordia & inexhausta bonitate sacroſanctam & salutarem Euangeliū doctrinam, hīs postremis & trissimis temporibus, per Reuerendum summaq; doctrinā & pietate præstantem DEI Virum D. Martinum Lutherum, huic prauissimo & ingratissimo mundo, è densissimis Antichrīstī Rom. tenebris in lucem reduxisse. Quam olim pro singulari gratia & efficacia DEI Maiores quoq; nostri, illi Iustissimi Principes, D. Fridericus, D. Io-  
hannes, & D. Iohannes Fridericus, Dukes Saxonie, sacri Imperij Romani Archimarschalci & Electores, &c. Patrius, An-  
nus, & Parens, nobis dilectissimi, san-  
ctæ & illustris memorię, non solum ulti-  
& alacriter amplexi sunt: sed etiam ad  
eam conseruandam et propagandam in-  
gentes sumptus, omneq; suum studium  
& operam impenderunt: Deniq; proper  
peripicuam et ingenuam eius Confessio-  
nem grauissima pericula, & damna longe  
irritissima subierunt ac pertulerunt: In qua  
per omnem etiam atatem singulari be-  
neficio

neficio D E I perstiterunt: donec tandem  
placide ex hac mortali & ærumnosa uitæ  
iactatione ad portum æternæ Salutis à  
cœlesti Patre nostro euocati sunt.

Quia uero Nos post obitum Domini  
& Patris nostri perpetua memoria &  
recordatione celebrandi, tanquam hære-  
des, DEI gratia, in eorum locum & gu-  
bernationem Nobis relictam succelli-  
mus, nihil tam nobis curæ fuit ( quod ci-  
tra arrogantiā loquimur) quam Maior-  
um nostrorū præclaris insistere uestigiss  
& hoc cœleste depositum nobis ab ipso-  
rum Celsitudinibus qua siper manus tradi-  
tum non tantū in nostra Ditione, et apud  
Subditos nostros purum & incorruptum  
abscq; fæcibus & fermentis humanarū Tra-  
ditionum, sicut & ad nos & ad Fratres no-  
stros inuolate transmissum est, conserua-  
re: sed etiam ad posteritatem & ad exte-  
ras quoq; Nationes eandem Doctrinæ  
puritatem Christiano studio transmittere  
& propagare, longe lateq; spargere et  
euulgare. Quod & nostri & Fratrum no-  
strorum muneris esse ducimus: nec citra  
uiolationem Maiestatis diuinæ, & tur-  
pem neglectionem officij, quod nobis à

A ij

D E O

DEO grauissime demandatum est, nos  
hoc studium defugere posse statuimus.

Prosternemur etiam ingenue, nos in  
posterum quoque exemplo Maiorum no-  
strorum hanc puram Euangeli Confessi-  
onem (quam illi non solum multis & gra-  
uibus periculis, sed etiam magna rerum  
suarum iactura amplexi magnifecerunt,  
recteque doceri curarunt ac promouerunt)  
auxilio Dei, constanter & libere confes-  
suros, & pro viribus propugnaturos esse,  
omniaque studia & uoluntates nostras in  
eum finem directuros, ut sincera Religio  
floreat & dominetur: ac (quantum in no-  
bis est) ad posteritatem incorrupta & in-  
uiolata perueniat: Idque iuxta sacras literas  
& formulas Augustanae Confessionis, A-  
pologiae & Schmalkaldicorum Articu-  
lorum: quae Augustae & alibi in publicis  
Comitijs & Conuentibus ab Auo & à  
Parente nostro exhibitae sunt. Nec dubi-  
amus, quin æterna & fidelis DEVS  
(qui hanc piam uoluntatem in nobis Ma-  
ioribusque nostris accendit, & huius tanti  
Thesauri custodiam nobis commisit, quæ  
& ardenter, fiducia eius Filij, Mediatoris  
nostrri, inuocamus) uires, robur, & succes-  
sum

sum nobis & amantissimis Fratribus nostris subministraturus sit: ne ullis unquam periculis, Satanæ fraudibus, aut Tyrannorum uiolentia de hoc sancto proposito denunciatur aut deturbemur.

Etsi autem magna spes nos tenuit fore, ut sicut initio resurgentis Euangelii, magno à pluribus ardore excepta est eius Doctrinæ puritas: ita eisdem uerâ erga DEVUM gratitudinem emendatione morum ac uitæ, constantiæ Veritatis confessione declaraturos esse: præcipue cum tot euidentibus Verbi DEI testimonijs, manifestisq; diuinæ præsentia, comprobationis, & efficaciae indicijs diuinitus in summis periculis, Satanæq; furoribus & difficultatibus, hoc ipsum Doctrinæ genus, quod profitemur, confirmatum sit: Tamen, proh dolor, contrariū apud plerosq; iam elucet. Quis enim non uidet, plurimos omnium Ordinum homines satietae quadam & fastidio, ac ueluti nausea doctrinæ Euangelij labrare, ab eaq; plane abalienatos esse? Ex quo tanquam uberrimo fonte, tetra ingratitudo, horribilis Euangelij contemptus, tot fœdi errores ac corruptelæ, om-

A iiiij

niscq;

niscip generis scelera & flagitia emanant  
& proliliunt: Quibus & ira DEI quotidie  
prouocatur, & grauissimæ pœnæ toti  
Germaniæ subinde magis & magis cu-  
mulantur.

Quæ vero post amantissimi Domini  
& Parentis nostri, eiusq; exercitus milie-  
tabilem cladem, & tristem captiuitatem  
(in quam, DEO sic constantem ipsius fi-  
dem explorante & cōseruante, inductus,  
& mirando modo postea liberatus est)  
quamq; tetræ uacillationes, mutationes,  
pernicioſa scandal a ruinæ præter om-  
nium opinionem in Religionē consecu-  
tæ sint: quam multiplices etiam contra  
expressum Verbum DEI conciliations  
Christi & Antichristi, Interim, & collusi-  
ones tentatæ ac susceptæ: Quæ præterea  
corruptelæ in doctrinam à varijs seducto-  
ribus inductæ & admissæ; & quam multi-  
ultiosi ritus (qui graui consilio iamdudum  
erant explosi) cum ingenti scāndalo ma-  
nifestaque abnegatione reuocati sint: &  
quomodo Ecclesiæ multis in locis misse-  
rabiliter Papistarum ludicris spectaculis  
deformatæ, & tantum non in omnem  
Papisticam abominationem ac seruitu-  
tem

tem penitus redactæ sint: hoc omnibus cognitum et manifestum est. Id enim non tantum manifestis exemplis, et ipsorum proprijs scriptis euinci potest: sed accedunt quoq; multorum piorum gemitus, cruces, exilia, uota et suspiria: qui de hac tristissima perturbatione, conscientiarum vulneribus, implicationibus, et illaqueationibus, uiolatione gloriæ DEI, infinitarumq; animarum interitu, grauissime dolent & miserabiliter queruntur. Multi etiam cum uiderent causam Religionis a summis quibusdam tanta leuitate tractari, & ad uoluntates hominum inflecti, adducti sunt, aut in prophanam securitatem, aut in grauissimas dubitationes, ita, ut non haberent, quod certo sequerentur, aut fugerent.

Sed quantus corruptelarum et nostrarum opinionum aceruus nunc undiq; emergat: quantaq; leuitate et petulantia contra evidenter Euangeli docirinam manifestissimi errores passim defendantur: uolentiaq; insuper fraudibus, criminationibus & mendacijs propugnentur: nemini sano ignotum esse potest. Quæ Sectarum colluies haud dubie D E O nostram

nostram ingratitudinem et Verbi sui  
contemptum iusto iudicio vindicante  
tam late et tam potenter grassatur.

Quanquam autem sperauimus, pri-  
mum istas Sectas recens excitatas Euangeli-  
j lucem non diu ferre posse : sed tan-  
quam nebulas à Sole, citra ullum maio-  
rem Ecclesiæ laborem discussum iri; De-  
inde Architectos seu patronos fucosa-  
rum conciliationum & nouarum opini-  
onum, præcipue toties Christiane com-  
monefactos, et erroris manifeste conui-  
ctos, ijsdem abiectis aliquando tandem  
in viam sponte reddituros: DEIq; gloriā  
et Ecclesiæ salutem suæ existimationi li-  
benter anteposituros fuisse: Tamen quan-  
topere hæc spes expectatioq; nos fefelle-  
rit, illud certo indicio & documento esse  
potest, quod indies, non solum hæc pesti-  
lens opinionum contagio latius serpit, &  
vires ac robur accipit : sed insuper omnia  
ista deliramenta tanquam pia, & Scriptu-  
ræ consentanea, à magni nominis Theo-  
logis publice ornantur, pinguntur, & astu-  
te excogitatis pharmacis obliniuntur : &  
(quod maxime dolendū est ) pro sana do-  
ctrina Confessionis Augustinæ uendi-  
tantur

tantur, & simplicibus obtruduntur: ab a-  
lijs uero uel saltē silentio probantur &  
stabiuntur. Vnde illud ingens postea in  
commodum existit, ut non solum ex fini-  
bus Ecclesiæ non exterminentur: sed eti-  
ā, ut instar ueneni limpīdissimos Religi-  
onis fontes, & simplices Christi pusillorū  
animos inficiant, & pestilentī contagio-  
ne lādant: tetra & ingentia scandala ex-  
citent: ac deniq; tristes ac periculosas tur-  
bas atq; pugnas moueant.

Hæc ingens clades & pernicies, quæ  
ex Sectarum & Corruptelarum patroci-  
nio in Ecclesiæ recte constitutas redun-  
dat, merito omnes pios Magistratus ex-  
citare, mouere, & impellere debebat: ut ab  
omni earum societate & fœda collusione,  
non solum ipsi abstinerent: sed ut (quans-  
tum in ipsis esset) funditus eas delerent ac  
profligarent: Patronosq; earum impœ-  
nitentes magna seueritate cohiberent, &  
compescerent. His enim labibus & carci-  
nomatibus Religionis e medio sublatis:  
& communi piorum Magistratum &  
Doctorum consensu damnatis: puritas do-  
ctrinæ propagari, ueraq; salutaris ac stabi-  
lis cōcordia in Ecclesia DEI redintegrari  
posset:

posset : ubi econtra necesse erit uel Reli-  
gionem prorsus intercidere , uel pro uera  
Doctrina corruptam & falsis opinioni-  
onibus dilutam infectamq; , posteros te-  
qui & amplecti , tetrascq; dissensiones per-  
petuo uigere .

Sed quam parum hæc cura , quæ præ-  
cipua esse debebat , omnium Ordinum ho-  
mines , & in primis Magistratus tangat &  
afficiat , res ipsa testatur . Quia socordia &  
negligentia illud etiam efficitur , ut Satan  
interea maiori impetu & noua accessione  
Regni sui fines promoueat , serendo no-  
uas corruptelas , & excitando idoneos Se-  
ctatores ac patronos : qui uel ambitione  
uel odio , uel alio aliquo priuato & prauo  
affectu incitati , haud grauatim operam su-  
am in perniciem Veritatis accomodent .

Etsi autem ( quod singulari Dei bene-  
ficio contigisse fatemur ) Ditiones uostræ ,  
& amantiss. Fratrū nostrorum , haec tenus  
ab eiusmodi Sectarum & Corruptelarum  
colluuie ( quod quidem ad communem  
consensum attinet ) non sine magno suo  
periculo integræ atq; immunes manse-  
runt : nec latum unguem à pura doctri-  
na cœlestis norma discesserunt , multo mi-  
nus

nus aliorum petulantiam & levitatem, in  
architectandis fucosis conciliationibus,  
aut excudendis nouis dogmatibus proba-  
runt (Quod beneficium, ut summum esse  
agnoscimus; Ita ut porro quoque nobis  
Dominus perpetuo conseruet, ardenter  
uota facimus) Tamen cogitatione repu-  
tantes, nisi maturo consilio his Satanæ fu-  
roribus occuratur: & Subditinostri serio  
præmoneantur: facile tandem easdem  
Corruptelas in nostras etiam Ecclesiæ  
inuadere posse: Vnde postea tum totius  
Euāgelij uel interitus uel labefactatio, tu-  
uaria quoq; tetraq; scandala subsequen-  
tur. Quod tamen ut D E V S clementer  
auertat, propter Filium suum Mediato-  
rem & conseruatorem Ecclesiæ suæ, toto  
pectore ueroq; gemitu precamur.

Hæc itaq; grauissima incommoda a-  
nimo præmetientes, & de remedijis horū  
malorum solcite cogitantes, ne uidelicet  
nostra culpa Religio pure ad nos trans-  
missa, aliquid detrimenti acciperet: sed ut  
cum gloriæ DEI, quantum iplius auxilio  
à nobis fieri potest, per nos consideretur,  
tum conseruatio & propagatio ueræ do-  
ctrinæ

Eritinæ promoueretur : multis etiam turbatis & percussis conscientijs salubris medicina & firma consolatio adhibetur : Theologos nostræ Ditionis præcipuos satis magno numero congregavimus : ac coram clementer simul & serio illis iniunximus, ut materias controversas ordine & accurate euoluerent, expenderent, & ueram ac grauem corruptelarum dijudicationem & confutationem Scripturæ testimonijs firmatam, contexerent ac extruerent : & grassantibus nunc Corruptelis opponerent. Quia omnes errores & Sectæ, absq; ullo priuato affectu, uel ambitione, uel gratia, nulla plane habitatione quarumcunq; personarum damnarentur : & ex Augustana Confessione, nostrisq; Ecclesijs excluderentur, ac penitas exploderentur. Id quanta illi fide & diligentia præstiterint, sequens rerū dextra simul & pia explicatio, commoda serie distibuta euidenter declarabit.

Quam errorum explicationem ac Resumptionem, sicut Nos pro nostro officio præcipue subditis nostris legendam & cognoscendā proponimus (ut postea in Epilogo

Epilogo mentem sententiamq; nostram  
eis prolixius exponemus) ita pijs omni-  
bus ubiq; terrarum eam prodesse & pro-  
bari ex animo optamus & speramus.

CATALOGVS OMNIVM ER-  
RORVM ET CORRVPTELARVM, QVAE IN  
*hoc libro confutati & condemnati continentur.*

- I. Confutatio Erroris Seruetti. Fol. 1.a.
- II. Confutatio Erroris Schuenckfel-  
dij. fol. 4.a.
- III. Confutatio Erroris Antinomorū.  
fol. 15. a.
- III. Confutatio Erroris Anabaptista-  
rum. fol. 20. b.
- V. Confutatio Erroris Zwinglij.  
fol. 25. a
- VI. Confutatio Erroris de libero Arbi-  
trio. fol. 45. a.
- VII. Confutatio Errorum Osiandri &  
Stanckari. fol. 52. a.
- VIII. Confutatio Erroris D. Maioris.  
fol. 58. a.
- IX. Confutatio Erroris Adiaphorista-  
rum. fol. 67. b.

		Taking exercise (body, mind & soul)
		or physical exercise, both body & soul
		and spiritual exercise, both body & soul
		but also a natural gift of God, given to every
		person, and a divine blessing of God.
CAT. I. OGAS-ON-AVALA		
		should be exercised daily and often
		properly, and this is the best way to do it.
	I.	Charming (body & soul), to do
	II.	Curious (body & soul), to do
	III.	Familiar (body & soul), to do
	IV.	Superior (body & soul), to do
	V.	Curious (body & soul), to do
	VI.	Curious (body & soul), to do
	VII.	Curious (body & soul), to do
	VIII.	Curious (body & soul), to do
	IX.	Curious (body & soul), to do
	X.	Curious (body & soul), to do
	XI.	Curious (body & soul), to do
	XII.	Curious (body & soul), to do
	XIII.	Curious (body & soul), to do
	XIV.	Curious (body & soul), to do
	XV.	Curious (body & soul), to do
	XVI.	Curious (body & soul), to do
	XVII.	Curious (body & soul), to do
	XVIII.	Curious (body & soul), to do
	XIX.	Curious (body & soul), to do
	XX.	Curious (body & soul), to do
	XI.	Curious (body & soul), to do
	XII.	Curious (body & soul), to do
	XIII.	Curious (body & soul), to do
	XIV.	Curious (body & soul), to do
	XV.	Curious (body & soul), to do
	XVI.	Curious (body & soul), to do
	XVII.	Curious (body & soul), to do
	XVIII.	Curious (body & soul), to do
	XIX.	Curious (body & soul), to do
	XX.	Curious (body & soul), to do

# CONFUTA-

## TIO ERRORIS

### SERVETI.



VANQVAM

Hæreses & impiæ de  
DEO opiniones uariae  
sunt, & multiplices; ta-  
men ferme omnes in  
hunc quasi unicum sco-  
pum collimant, & directæ sunt, ut iudicio  
rationis innixæ, aut in essentiam, aut in  
Voluntatem DEI incurant. Sicuti igit  
tur olim in ueteri Ecclesia excitatæ hære-  
ses: ita & recentes nostra ætate exortæ,  
duobus hisce generibus commodissime  
comprehendi possunt.

Ad primum genus furorum de Es-  
sentia DEI, pertinet Serueti error, qui  
hac tempestate, inter tot recentes Hære-  
ticos, fermè unus, ac solus, Articulum de  
Essentia DEI blasphemis scriptis ador-  
tus est; ac tetram illam Samosateni, Phos-  
tini, & aliorum ueterum hereticorum bla-  
sphemi.

## CONFUTATIO.

Sphemiam renouauit, pertinaciter negans,  
Δόγμα, Verbum, in Euangelio Iohannis  
significare personam distinctam à Patre,  
subsistentem, uiuam, intelligentem, in-  
communicabilem: sed propositum dun-  
taxat Patris, & euanescentem cogitatio-  
nem seu uocem dilabentem in auras.

Hic error procul dubio suam duxit  
originem ex amissa noticia Trinitatis, &  
retenta qualicūq; noticia Vnitatis DEI.  
Et si enim Euangeliū noticiam Trinita-  
tis instaurat: tamen præualet, & iudicio  
naturæ magis applaudit noticia unitatis,  
cū insuper Legis autoritas accedat: quæ  
passim unius Dei adorationem urget, &  
flagitat. Huic fundamento innixi Samo-  
satenus & Seruetus, unā cum Turcis &  
Iudeis, furiosē magnaç; pertinacia negat  
Trinitatem Personarum: & putant sum-  
mam esse Idolatriam, dicere Christum, &  
Spiritum sanctū esse DEVUM: cum Lex  
iubeat Vnum tantum DEVUM adorare,  
eicq; soli seruire. Deut. 6. Audi Israël, Do-  
minus DEVS noster, Dominus Vnus  
est.

Verum

Verum nequaç hæc est sententia Legis, ut urgendo unitatem Essentiæ diuinæ, tollat aut euertat Trinitatem Personarum: Sed unitatem essentiæ opponit Creaturis, & multitudini gentiliū Deorum, & commenticiorum Numinum, quæ sunt extra Essentiam DEI: non autem personis Trinitatis, quæ sunt unius, & eiusdem Essentiæ, seu ðμούσα. Quare ut DEVS ostendat accessuram, adhuc uberiorē patefactionem Essentiæ & Voluntatis diuinæ, promittit Deut. 18. Se excitaturum alium Prophetam, qui modis omnibus sit audiendus, & sequendus.

Sunt igitur huic ex Lege perperam & falso detortæ noticiæ, de Vnitate Dei, contra Trinitatem personarum, diligenter opponendæ patefactiones Trinitatis, tam in ueteri, quam nouo Testamento factæ. Qualis est illa in Genesi: Vbi Moses statim in ipsa creatione hominis introducit Trinitatem, secum quasi (ut humano more loquamur) deliberantem, iuxta qualem ἀρχὴν πορ aut speciem uelit hominem condere; & tandem conclu-

## CONFUTATIO

dit iuxta suam similitudinem. Faciamus  
(inquit) hominem iuxta imaginem nos-  
stram, &c. Hinc Euangelista Iohannes in  
sua Euangelica narratione, cap. 1, λόγος,  
Verbum, diserte collocat in infinitam il-  
lam Aeternitatem, inquiens: In princi-  
pio erat λόγος. Ex qua Aeternitate tan-  
dem in lucem prodierit, dupli modo:  
Primum tanquam Architectus mundi,  
una cum Patre & Spíitu sancto, Per ip-  
sum, inquit, omnia facta sunt, & Mundus  
per ipsum factus est: Deinde tanquam  
Redemptor mundi per assumptionem  
humanæ naturæ, VERBVM, inquit, il-  
lud caro factum est. Hæc profectio non  
possunt intelligi de uoce uel cogitatione  
euanescente: quæ aliam naturam sibi co-  
pulare non potest: sed debent necessariò  
intelligi de natura subsistente, diuina, &  
conditrice, cum Patre & Spíitu sancto.

Huic testimonio Iohannis suffraga-  
tur Propheta Micheas cap. 5. Vbi de  
Christo uaticinans, duplicem ei egressum  
assignat, Alterum, qui est temporalis in  
Bethlehem; Alterum, qui est æternus ab  
antiquo

antiquo dierum, &c. Recte igitur & gra-  
uissime Paulus dicit ad Timoth. DEVS  
apparuit in carne: Iustificatus est in Spi-  
ritu: Vetus est Angelis: Prædicatus est  
Gentibus: Fides illi habita est in mundo:  
Receptus est in gloria.

Huc pertinent omnia dicta, quæ  
Christum nuncupant Vnigenitum DEI  
filium: & discernunt à filijs adoptionis: iu-  
bentq; inuocare, tanquam Saluatorem,  
& omnipotentem, iuxta illud Psalmi: Os-  
culamini Filium. Beati omnes, qui con-  
fidunt in eo, &c.

Adde hoc insignia dicta, quæ af-  
firmant præsentiam Christi, & mirandas  
eius liberationes in Ecclesia. Sic Paulus  
ad Corinth. diserte dicit, Illum DEVM,  
qui Israëlitas ex Aegypto eduxit, fuisse  
Christum: & non esse tentandum, sicut  
olim ab Israëlitis tentatus fuerit, etc.

Huc accedit testimonium antiqui-  
tatis & primitiæ Ecclesiæ. Sic enim Ite-  
næus inquit: Christum ἀόγοp, semper ad  
fuisse Ecclesiæ, & assumpisse humanam  
naturam. Scribit etiam Eusebius lib. 7.

B ij hunc

## CONFUTATIO.

hunc furorem contra diuinitatem Christi  
in illa celebri Antiocheno Synodo seue-  
rissima damnatione fuisse explosum, im-  
perante Cæsare Aureliano, multo ante  
Nicenam Synodum : in qua postea Ari-  
us est condemnatus.

Omnibus modis igitur prouidens  
dum est in Articulo de essentia DEI, ne  
uerus DEVS amittatur; quod plerunque in duobus extremis, uel defectu, uel  
excessu fieri solet : Defectu amittitur a  
Serueto, Turcis, & Iudeis : Qui prætex-  
tu unitatis Essentiae negat tres personas:  
& tribuunt Deo pauciores, quam re ip-  
sa habet : Econtra in excessu peccatur &  
amittitur DEVS, a Valentianis &  
Gentibus : qui prætextu Trinitatis per-  
sonarum, scindunt aut discerpunt Unitati  
DEI, & tribuunt DEO plures perso-  
nas, quam re ipsa habet.

Media igitur & regia via ingredi-  
enda est, ut nec plus nec minus quam ue-  
ritas habet, de Essentia DEI sentiamus :  
Sed Verbum DEI, veterem Ecclesiam,  
& denique Augustanam Confessionem  
synce-

sincere sequentes, unum DEVM in tribus personis, & tres personas in uno DEO, damnato Serueto, omnibusq; ei similibus ac cognatis hæreticis, colamus & adoremus.

## II.

# CONFUTA, TIO ERRORIS SCHVVENCK. FELDII.



## OST CONFUTA,

tum à nobis Seruetum, qui in Essentiam DEI ac diuinitatem Christi blasphemie impegit: reliqui deinceps errorum authores, qui ordine sequentur, fermè omnes, circa uoluntatem & actionem DEI erga nos deprauandam, & perperam detorquendam occupantur. Inter quos Stenckfeldius merito tanquam an-

B iiij relig.

## CONFUTATIO

testignanus in prima fronte & acie collo-  
catur. Cæteri enim omnes, quamlibet  
peruersi ac pestilentes : tamen corpori  
Christianæ doctrinanæ parcentes, & tan-  
quam uoci diuinæ, ac cœlesti, debitum ho-  
norem deferentes, aliquot duntaxat mē-  
bra ipsius corrumpunt & dilacerant : So-  
lus Stenckfeldius eò effrenis furoris &  
& impudentiæ, progreditur: ut totum cor-  
pus Christianæ doctrinæ inuadat: & euin-  
cere studeat, non esse uoluntatem neq;  
mandatum Dei, ut nos per exercitium, ac  
meditationem Propheticæ & Apostoli-  
cæ scripturæ, Spiritu sancto illustret, &  
ad se conuertat. Estq; peculiaris fraus &  
techna Satanæ : qua id molitur ac machi-  
natur, ut nos à regia uia Verbi Dei auul-  
sos, in deuia & præcipitia abducat.

Ideo postq; hisce postremis tempori-  
bus, singulari beneficio Dei, animaduer-  
tit, per Lutherum, sanctum organū Dei,  
ministerium Verbi, cum plurimarum ani-  
marum lucrificatione, feliciter instaurari:  
& humanas Papæ traditiones & ἐθελο-  
θρηκτικ; (quaæ in meritis externis ac cor-  
poreis

poreis rebus, ut in obseruatione locoru, temporum, ciborum, uestium, & rerum supersticiose & magice consecratarum, constiebant) passim abiici, tanque supersticiose, idolatricas, & saluti perniciosas: ibi statim Stenckfeldium excitauit: qui se acerrime Lutheru, opponeret: & mundo persuaderet, Nullum in uniuersum dogma, Mosaicum, aut etiam Propheticum, de doctrina, Sacramentis, aut ullis omnino externis rebus quicque conducere ad salutem: Sed per mere spirituales reuelationes Deum in nuda maiestate quarendum esse proprijs speculationibus, & Corybanticis Enthusiasmis & somnijs. Hoc quid aliud est, quam scalam cœlitus demissam ac porrectam proterue despicer: & per præcipitia ad inaccessum soliū Dei scandere: uel lucem diuinitus accensam, nefariè extinguere, & inanes fumos uendere: & Eccleiam Dei uix è Papæ tenebris eluctatam, in multo densiores retrudere: ita, ut in posterum uniuersis dogmatibus spoliati, nec uera nec falsa audiamus: sed simpliciter ipsam nudam ac incom-

CONFUTATIO

incomprehensibilem maiestatē Dei scruta-  
tantes, tanquam tentatores Dei in æter-  
num exitium ruamus.

Estq; istud Stenckfeldij delirium tan-  
to nocentius, quanto propensiōres homi-  
num animos offendit. Est enim ingeniū  
humanum naturaliter curiosum, vagabū-  
dum, admirans suam sapientiam ac fig-  
menta, & gaudens licentia, quiduis de  
**Deo** comminiscendi : nihilq; molestius  
ac impatientius fert, quam se ministerio  
**Verbi**, quasi quodam ergastulo, & odioso  
cārcere, inclusum & captum teneri. Sicut  
secundus Psalmus introducit, mundum  
ad uocem Apostolorum frenebundum  
dicere: Dirumpamus uincula eorum, &  
projiciamus à nobis iugum ipsorum.

Talis impatientiae erga ministeriū,  
& vagabundae curiositatis, in scrutanda  
uoluntate DEI, autores extiterunt primi  
Parententes in Paradiso : ubi Satanæ im-  
pulsu non acquiescentes promulgato  
Verbo Dei, & proposito signo uetitæ Ar-  
boris, aliā sapientiam & prudentiam af-  
fectarunt: qua ipsis dijs pares euaderent.

Tale

Tale uenenum semel à Satana propria-  
tum, & haustum, in omnes posteros pro-  
pagarunt, Ita, ut omnes homines natura  
proclives sint ad Stenckfeldicam, & En-  
thusiaſticam Matæologiam, contra insti-  
tutum ministerium. Nec dubium est,  
quín, sicut Stenckfeldica hæresis statim  
in exordio mundi omnium prima proru-  
pit: & omnium malorum initium extitit:  
ita nunc uergente ad interitum mundo,  
sit ultimum futurum malum: eoq; infeli-  
citatis ac miseriæ res Christiana deuentu-  
ra, ut ministerium Verbi pro suavi fabu-  
la rideatur & contemnatur. Sicut Paulus  
2. Tim. 4. de postremis temporibus uati-  
cinans inquit: Aderit aliquando tempus,  
cum sanam doctrinam non sustinebunt,

Quamobrem Stenckfeldij error aut  
furor potius, præ omnibus alijs, acrem  
confutationem meretur, tanq; blasphemus,  
in totum corpus doctrinæ Christia-  
næ, & sapientiæ diuinæ, ita, ut merito  
quædam communis sententia & colluuies  
onis generis hæresiū dici queat. In Sacra  
meto Cœne dominice eūdē propemodū  
errorem

## CONFUTATIO

errorem cum Zwinglianis fouet ac tueretur: In articulo iustificationis partim Osiandro, partim Papisticis accedit: dum ex DEI essentiali iusticia, & nostra reparatione ac obædientia simul unam quādam iustitiam conflat & consarcinat. Verum nostri instituti non est, omnes ipsius errores nunc refellere, quos habet communes cum alijs: sed tantummodo illos per stringemus, quos de ministerio Verbi scripti & vocalis proprios ac peculiares obtinet. Horum tres sunt præcipui.

### I.

**P**RIMVS STENCKFLDII ER. ror est, Quod negat doctrinam, Biblico Volumine comprehensam, proprie loquendo, esse Verbum Dei: sed improprie ac figurate per μετωνυμια, quando uidelicet signū accipitur pro re signata: sicut testatur eius libellus, titulo, De sacris literis, capite de discrimine inter sacram scripturam, & Verbum Dei, pagina 27. & 28. Item, Libellus de Verbo Dei, &c. Ad

Adhunc errorem tuendum, Stenckfeldius armatur testimonio Euangelistæ Iohannis, appellantis Christum filium Dei,  $\lambda\delta\gamma\omega$ , Verbum essentiale: quod Deus Pater ab æterno, cum communicacione totius diuinitatis protulit ac genuit. Vnde Stenckfeldius concludit: Si Christus est aessentialiter Verbum Dei: Ergo nullum amplius est Verbum Dei, propriè loquendo. Quis sanæ mentis hic non uidet impiam & blasphemam esse Stenckfeldij argumentationem? Nam etsi nulli pio & orthodoxo homini dubium esse potest aut debet, quin Filius Dei seu secunda Persona, uocetur  $\lambda\delta\gamma\omega$ , Verbū, aut sermo, capite 1. Ioha. et 1. Ioh. 1. ac in alijs quibusdam locis: cuius etymologiæ rationē iam scrupulosius scrutari non libet (etiamsi non ignoremus Patres & scriptores uarias causas eius recensere solere) Tamen certissimum est, cœlestem doctrinam in sacris literis comprehensam, uere ac proprie dici & esse Verbum Dei.

Hinc enim passim sacræ literæ omnia illa, que Deus per Prophetas et Apostolos lo-

## CONFUTATIO

Ios loquitur, mandat, uel promittit, siue de corporali, siue de æterna uita, uocant **Verbum Domini.** Quale est illud 1. Samuelis 15. Vbi Samuel Regem Saulem increpans, inquit: Tu transgressus es verbum Dei, quia non deleuisti Amalech. Si similiter Deut. 2. 4. 5. Vbi, cum non de Essentia Filii, sed de extero Dei mandato agatur, necessario Verbum Dei extera-  
nam doctrinam significat. Vocat Moses Decalogum Verbum Dei, tunc lapideis tabulis diuinitus inscriptum, & in poste-  
rum passim simbrijs ueltium, & postibus ædiū in memoriale ob oculos pingendū. Prophetæ quoq; passim suos libros, ac uaticinia nuncupant Verbum Dei: & hoc  
titulo auditores præcipue ad seriam atten-  
tionem excusitant, contra contemptum & somnolentiam. Ideò passim ingeminat has uoces: Audite Verbum Domini:  
Sic dicit Dominus, Esaiæ. 58. Os Domini locutum est. Item Ieremi. 29. enumera-  
tatis pluribus pœnis, addit: Eò quod non audiuerunt Verba mea, dicit Do-  
minus, quæ Ego locutus sum ad eos per  
seruos

seruos meos Prophetas, consurgens & mittens, &c.

Hæc & alia infinita testimonia, nullo modo possunt eludi, tanquam figura te, signum, pro re signata, accipiatur. Dicit enim Apostolus Paulus 1. Thes. 2. Vos accepistis a nobis Sermonem, non tanque sermonem hominum: sed, sicut uere erat, Sermonem Dei. Hic Paulus diserte affirmat, suum Euangellum, esse Verbum Dei, nō figurare, sed VERE ac proprie. Similiter Petrus commendans 2. Pet. 1. Prophetica & Apostolica scripta, inquit: Habemus firmiorem sermonem Propheticum: cui dam attenditis, ceu lucernæ apparenti in obscuro loco, recte facitis, donec dies illucescat, & lucifer exoriatur in cordibus uestris. Si illud prius noueritis, quod omnis prophetica Scriptura non sit priuatæ interpretationis. Non enim uoluntate hominis prolata est olim Prophetia: sed a Spiritu sancti impulsu locuti sunt sancti Dei homines.

Est igitur æque blasphemus in Deū,  
quicunque

## CONFUTATIO

quicunqz Stenckfeldico more, scripta Prophetica & Apostolica, negat esse verbum Dei uocale aut dogmaticum: atqz qui ipsum Christum, negat esse Verbum Dei essentiale. Idem enim Deus, qui illud Verbum, nempe Filium ab æterno genuit, hoc doctrinæ uerbum certo tempore etiam protulit, humanoqz generi patefecit: ut per id suam uoluntatem de nostra salute, virtutē & efficaciam declararet, exerceret, & ad nos deriuaret. Ob quam efficaciam Apostolus Paulus Rom. i. Euangellum uocat potentiam Dei ad salutem omni credenti.

Quamobrem Satan per istum primum Stenckfeldij errorem nihil aliud molitur, quam **extremum contemptum** Bibliorum & Propheticarum & Apostolicarum concionum, atqz adeo totius doctrinæ, à Deo ex immensa misericordia generi humano patefactæ. Quamprimum enim auditores persuasi sunt, hanc doctrinam non esse uere Verbum Dei: tunc statim per Antithesin concludunt: Ergo est mendax, & inane verbum hominis, aut fallax

fallax figmentum Satanæ, indignum auditu: Deinde abducuntur homines à Christo Saluatore in Verbo comprehensibili, ad Christum iudicem extra Verbum incomprehensibilem.

Quemadmodum enim Christus in Verbo & Sacramentis quæsusus, est Salvator, & distributor suorum beneficiorū iuxta hæc dicta, Matth. 18. Vbicunque duo aut tres congregati fuerint in nomine meo, ibi ero in medio ipsorum. Item, Iohann. 14. Quicunque sermones meos audierit, & seruauerit, ad hunc ego, & Pater meus ueniemus, & mansionem faciemus: Ita contra Christus extra Verbum inuestigatus, ignis consumens, non nisi seuerus iudex, & omnibus perpetuò incomprehensibilis est. Hinc apud Iohannem cap. 8. à Iudeis interrogatus, quis esset, nihil aliud respondit, quam: Principio, quod loquor uobis, Nimirum innuens, frustra se queri, sine verbo in nuda sua essentia, nisi prius in verbo & Sacramentis, auditus & comprehensus fuerit.

C

Secun•

CONFUTATIO

II.

SECUNDVS ERROR

Stenckfeldij est, Quod negat nostri conuersionem & illustrationem mediate fieri, per exercitium ministerij: sed immediate à Deo ante usurpatum ministerium, &c.

Ad hunc errorem statuendum, Stenckfeldius ualde friuola & leuicula ratione mouetur, Scilicet, quod Deus non sit similis homini architecto: qui ad structuram opus habet instrumentis: sed sit Creator, qui omnia immediate per se ipsum efficere queat, sine ulla accessione creaturaræ, in lib. De sacris literis, fol. 10. facie 2.  
Item, fol. 11, facie 2.

Hic iterum nemo non, saltem communione prædictus, intelligit, nullam esse consequentiam, Ab omnipotentiâ Dei, ad eius uoluntatem. Non enim Deus omnia agit, quæ potest, ne quidem in corporali uita: multo minus in spirituali. Posset sine parētibus procreare homines, non tamen id facit: sed utitur ordinato medio

medio coniugij. Sic posset & nos conuera-  
tere ac illustrare, sine ullo auditu Verbi,  
& ministerio Ecclesiæ, saltē per som-  
nia uel Enthusiasmos: non tamen id fa-  
cit: sed sanxit ministerium Verbi & Sa-  
cramentorum, tanq; suam officinam, &  
uterū maternū, ad nos spiritualiter conci-  
piendos, regenerandos, & cōuertendos.

Hinc passim in sacris literis ministe-  
rium uocatur Vterus Dei, ueluti in Psal-  
mo 110. Ex utero ante luciferum genui-  
te. Esaie 46. Vos portamini in meo Ute-  
ro, & gestamini in meo aluo. Iacob 1. Pro  
genuit nos sermone ueritatis, ut essemus  
primitiæ quædam suarum creaturarum.  
Huc alludit David Psal. 131. Vbi narrat  
se instar Infantis fugentis Vbera matris,  
totum pependisse ex consolatione sacræ  
Scripturæ, tanquam spirituali alimento  
animæ: grauiissimeq; de fide, & æterna sa-  
lute periclitatum fuisse, quoties extra se-  
pta sacræ Scripturæ in speculationes ra-  
tionis euagatus sit: Domine (inquit) non  
est exaltatum cor meum, necq; ambulauit  
in mirabilibus supra me; Quando anima-

C ii meam

CONFUTATIO.

meam non posui, & silere feci, tunc erat  
anima mea, sicut ablatus à matre sua.

Huc pertinent infinita dicta : quæ  
subent operationem Dei, & illustratio-  
nem nostri, non nisi in uerbo scripto, &  
uocali quererere, Veluti Esaiae. 8. Ad le-  
gem & ad Testimonium, Qui hæc non  
dixerit, non erit ei matutina lux, Id est,  
qui verbum uocale contempserit: non il-  
lustrabitur agnitione diuina : sed peribit  
in atra nocte ignorantia, & dubitationis  
de Deo. Huic consonat Apostolus Pau-  
lus Rom. 10. Vbi primo tanq[ue] indubi-  
tatum principium de modo adipiscendæ  
fidei ponit : Fides, inquit, ex auditu, Au-  
ditus uero per verbum Dei. Deinde mo-  
vet quæstionem, tanq[ue] de re prorsus im-  
possibili & absurda, si quis illustrationem  
fidei querat extra externum auditum ver-  
bi: Quomodo, inquit, credent, de quo  
non audiuerunt, &c. Tandem seuerissi-  
me prohibens vagabundas, & Enthusi-  
asticas imaginationes de Deo, & reuo-  
cans nos ad verbum uocale, inquit : Ne  
dixeris

dixeris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum? Prope est Verbum in ore tuo, & in corde tuo. Hoc est, verbum fidei, quod prædicamus &c.

Comprobant idem innumera exempla eorum, qui ex ethnica Idolatria, et cœtitate, ministerio Apostolorum, ad fidem & ueram cognitionem Dei conuersi sunt, adeo, ut Paulus toties iactet, se esse cooperarium Dei, et patrem suorum auditorum &c.

Etsi igitur Spiritus sanctus re uera est causa efficiens principalis nostræ conversionis, & illustrationis; propterea q̄ dígitus Dei appellatur, quod tanquam Architectus destructos ac carnales reparet & refingat: tamen nequaq̄ uult excludi ministerium tanquam suam officinam & instrumentum; quod negligentes, tam parum illustrantur, atq̄ illi, qui illustrationem efficaciam ministerij ascribunt sine Spiritu sancto. Vt triq̄ enim à media via illustrationis deflectunt: dum alteri solum Architectum sine instrumento: ali-

CONFUTATIO.

teri econtra instrumentum sine Archis-  
tecto requirunt.

Media igitur via est incedendum: &  
copulatio Spiritus sancti cum ministerio  
nequaquam distrahenda & dirimenda:  
sed ita arce & firmiter tenenda est, ut o-  
peratio Spiritus sancti in nullo homine  
expectetur, nisi usurpante ministerium:  
& econtra, ministerium in nemine ha-  
beatur efficax, nisi accedente Spiritu  
sancto: Iuxta hæc dicta, quæ talem con-  
nectionem passim comprobant. Esaie 59.  
Hoc est foedus meum cum ipsis, dicit Do-  
minus, Spiritus meus, qui est in te, & uer-  
ba mea, quæ posui in os tuū, non recedēt  
ab ore tuo, nec ab ore seminis tui, à gene-  
ratione, in generationē, amodo usque in  
seculū. In his uerbis Deus æterno foedere  
se erga Ecclesiā obligat, quod uelit eā re-  
gere, & colligere, per ista duo coniuncta,  
uidelicet per Verbum oris, & Spiritum  
sanctum. Esaie 55. Sicut pluia nunquam  
sine fructu decidit, sed forcundat agrum,  
& producit frumentum: Ita Verbum me-  
um non

um non redibit uacuum, &c. Psal. 8. & Matth. 21. Inducitur Deus, suam laudem, id est, nostri conuersionem, qua ipsum agnoscimus, & agnatum laudamus, aliter non perficere, nisi per os infantum & latenter. Rom. 8. Quos prædestinavit, eosdem etiam uocauit, Palam affirmans, sine uocatione ministerij, neminem ad uitam prædestinari, nec glorificari.

Ex his satis patet secundus error Stenckfeldij, in quo negat conuersionem nostri fieri mediate per exercitium ministerij: & ita abducendo nos à ministerio, priuat nos operatione Spiritus sancti: et obiicit excæcados Satanæ. Excæcatio enim est horribilis poena ingratitudinis ac contemptus ministerij. Esaiæ 6, Matth. 13. Act. 28. Rom. 11.

## III.

**T**ERTIVS error Stenckfeldij est, Quod negat Spiritum sanctum operari & sanctificare per ministrium illorum doctorum: qui ipsi non sunt  
Cuius sancti-

## CONFUTATIO

sanctificati, etiamsi legitime sint uocati,  
& recte doceant. In Summario eius re-  
sponsionis folio 11. Item in libro de sacris  
literis folio 22.

Hunc errorem Stenckfeldius mutu-  
atus est à Donatistis : Qui non minus,  
atq; præcedentes, pestilens ac pernicio-  
sus eit. Vult enim Satan Ecclasię persua-  
dere, operationem Spiritus sancti, pen-  
dere ex qualitate aut dignitate ministro-  
rum : quam cum nemo mortalium, præ-  
ter solum Deum καρδιογνώσκης perspice-  
re possit, sequetur inde infinita dubitatio:  
An Ecclesia tales habeat ministros, per  
quos Spiritus sanctus sit efficax, an non.

Ideo munienda est Ecclesia firmis testi-  
monijs, quod Spiritus sanctus etiā per in-  
dignos ministros operetur. Scribis enim  
olim & Phariseis quid magis fuit impiūc  
Et tamen Matth. 13, iubet eos Christus  
eatenus audire, quatenus verbo Dei con-  
sona docent, In Cathedra Mosi (inquit)  
sedent Scribæ & Pharisæi : omnia qua-  
cūq; iusterint uos seruare, seruate etc. Hoc  
mandas

mandatum Christi plane esset inutile ac  
stultū: si iuxta Stenckfeldij opinionē mi-  
nisterium impiorum esset irritum & inef-  
ficax. Similiter Matth. 7. significat mul-  
tos doctores per nomen Christi prophe-  
tare dæmonia ejscere, & multas uirtutes  
præstare alijs, ministerio ipsorum utenti-  
bus: cum tamen ipsis ad inferos detrudan-  
tur, tanq; operantes iniquitatem. Itidem  
Paulus Philip. 1. dicit, Euangelium non  
eodem animo ac pietate ab omnibus  
prædicari: sed ab alijs quidem ex charita-  
te & bona intentione: ab alijs uero per  
inuidiam & contentionem. Quocunq;  
tamen modo id fiat (inquit) nil refert, dū  
modo Christus annunciat, &c. Sic per  
Iudæ proditoris ministerium Spiritus  
sanctus æque fuit efficax, atq; Petri &  
aliorum Apostolorum, licet ipse fuerit  
impius.

Etsi igitur summopere optandum  
esset, ut omnes Ministri, pīj pariter ac  
sancti essent: suoque exemplo ministeri-  
um ornarent, & auditores ad pietatem in-  
vitarent, iuxta illud Pauli: Episcopus sit  
forma

## CONFUTATIO

forma gregis: Tamen si id non sit, non propterea ministerium ipsorum est vanum & irritum. Quantum ad efficaciam ipsius attinet, in regenerandis, & illustrandis auditoribus, tam parum eam promouet pietas ministrorum: quam parum removatur impietas ministrorum: sed tota pendet ex Deo per Spiritum sanctum: qui est potens & uerax, tam per pios, quam per impios. Et facile fieri potest, ut doctor suo quidem ministerio auditores ducat ad salutem: Ipse autem sua impietate properet ad damnationem. Hinc Apostolus Paulus 1. Corinth. 3. grauissime obiurgat illos: qui efficaciam ministerij, ex ministrorum dignitate vel indignitate metuntur: Cur (inquit) inter uos litigatis de Ministeriis: & alius contra alium gloriatur? Ego quidem sum Pauli: Alius, ego sum Apollo, &c. Quis est Paulus? Quis est Apollo? Nonne sunt ministri, per quos credidistis, prout cuique Dominus dedit? Ego plantavi, Apollo rigauit: sed Deus dedit incrementum. Itaque neque qui plantat est aliquid: nec qui rigat: sed

sed qui dat incrementum DEVS. Cæterum is, qui plantat, & is qui rigat, unum sunt. Cooperari enim DEI sumus.

Cum itaque ex his omnibus liquido & irrefragabiliter pateat, Stenckfel-dium impie negare, Scripturam Prophe-ticam & Apostolicam, esse propriæ Ver-bum DEI: & ministerio Ecclesiæ falso derogare operationem Spiritus sancti: quo mundum fanaticis, Epicureisq; im-pleat: & contemptum ministerij confix-mer & augeat.

Ideo merito ex Ecclesia DEI explo-ditur, tanquam uenenata zizania lex a-gro Domini: & contra ipsius blasphemias recte extollitur ministerium Verbi & Sacramentorum, tanquam unica officia-nâ Spiritus sancti, & ineffabilis Thesau-rus: utpote per quem D E V S uerus & saluificus, alioqui in infinita illa æterni-tate ac nuda Majestate incomprehensi-bilis, ultro ex inuisibili illa & arcana sede ad nos alloquendos prodijt: et suam nobis uolun-

## CONFUTATIO

voluntatē de nostri saluatione, & translatione ad se, patefecit: iussitq; talempatēfactionem uniuersos mortales audire ac sequi, tanq; suum irreuocabile Decretum, Sapientiam cœlestem, Lucernam in atra nocte prælucentem, & monstrantē peregrinantibus in ualle lachrymarum & mundi regno compendiariam viam ad aeternam patriam: Deniq; tanq; certissimum ipsius quærendi ac colendi indissem, adeoq; sacrosanctam omniū nostrorum de ipso cogitationum normam ac metam: quam ultro citroue transilire nō solum piaculum, Sed prorsus exitiabile sit.

Quod porrò hoc Donatisticum dogma, aliaq; Schröckfeldiana, in primisq; quod dicit: Fidem non esse ex auditu exterræ doctrinæ, sit per Confessionem Augustanam damnatum, nullum est dubium. Hæc enim uerba in Confessione extant, numero 5. & 8. Damnantur, item Fanatici spiritus: qui fingunt Spiritum sanctū dari aut efficacem esse, sine Verbo Dei: & ob eam causam damnant ministerium

Euan-

**E**uangelij & Sacramentorum: & quæ sunt illuminationes sine Verbo Dei.

Sic in Schmalkaldicis Articulis, in capite de Confessione, est prolixus locus: in quo hic idem Schuenckfeldij error aut furor potius, damnatur.

Quoniam igitur hic impiissimus error & verbo Dei manifeste contrarius est, & à nostris Ecclesijs semper damnatus: Nos quoq; eum pro rejecto damnatoq; habeamus, & ardenter constanterq; una cum suis autoribus & Patronis destestemur ac execremur.

### III.

## CONEVTA TIO ERRORIS A N= TINOMOR VM.



ERRORANTINO-  
morum proximo gradu &  
ordine sequitur delirium  
Stenckfeldij, tanquam pars  
totum,

## CONFUTATIO

totum, & Lex integrum ministeriū Verbi. Quemadmodum enim Stenckfeldius negando, conuersionem & illustrationē hominis effici à spiritu sancto, per Verbū scriptum & uocale: simul tollit totum ministerium Verbi, in præcipuo eius usu, & in locum eius obtrudit præstigiosos Satanæ Enthusiasmos: Ita Antinomi negando contritionem effici à Spiritu sancto, per Legem, totam pariter Legem in præcipuo eius usu abrogant: & ita ministerium Verbi, prima sui parte, truncatum & mutilatum, includunt in solum Euangeliū: & inde doctrinam totius pœnitentiae & conuersionis ad Deum, deducendam extruendamq; esse contendunt.

Videntur autem huius perniciosi erroris occasionem inde sumpsisse, quod initio instauratæ ueræ Religionis multi Euangelio impropriè tribuerunt, non tantum remissionem peccatorum: sed etiam prædicationem pœnitentiae, & sane illi id statim initio suæ disputationis, ceu fundamentum sui erroris, collocant.

ET

Est igitur hæc quoq; hæresis insidi-  
osa techna, Satanæ: & eo directa, ut, quæ  
admodum hactenus, in Papatu nihil ali-  
ud fuit, quam mera carnificina Conscien-  
tiarum, ad desperationem comparata:  
Quandoquidem ibi sola Lex, eaq; deprava-  
tua sonuit: Ita nunc utce uersa, per Prae-  
dicationem solius Euangeli, mundus ex  
carnificina et desperatione Papatus trās-  
feratur, in carnalem securitatem & Epicu-  
reismum. Videret enim malignus ille Spiritus  
nos stultos, dum temere uitia fugi-  
mus, facile in contraria currere. Hoc reue-  
ra nihil aliud est, quam (iuxta Proverbiū)  
exitata Charybdi, incidere in Scyllam, &  
ex uno inferno demigare et ruere in aliū.  
Securitas enim carnalis, & contemptus  
diuini Iudicij contra peccatum, & que ex-  
tra Regnum Dei uagatur, & ad infernū  
ducit, atq; ipsa desperatio de misericordia  
Dei.

Vbi igitur Satan uidit, reflorente  
iam Euauangelio, consternatis in Papa-  
tu conscientijs, firmam consolationem re-  
stitui;

## CONFUTATIO

stitui : & omnē ansam desperationis amputari : produxit in medium Antinomiam, tanquam violentissimam remoram, feliciter currentis & fructificantis Euangelij, & tanquā exitialem tubam , ad impoenitentiam & carnalem securitatem: hoc nimirum efficere moliens, ut tam pa- rum hoc tempore nobis prodesset Euangelium , oppressa Lege : atque olim in Papatu Lex profuit, obscurato & oppreso Euangeliō. Ita nimirum Satan, instar Prothei, in omnes formas se uertit : & ubique Deo nostræque saluti contrarius occurrit: nosque à media uia, ad extrema impellit, tollendo ministerium Verbi: aut eius præcipuas partes, Legem & Euangelium, confundendo, uel alterum sine altero urgendo.

Hæc præcipua est fraus Satanæ, qua salutare remedium ueræ Theologiæ, uerit in mortiferum uenenum : et Spiritum sanctum, in colligenda Ecclesia, et cōuertendis hominibus grauissime impedit. Lex enim & Euangelium recte inter se coniuncta & distincta, sunt salutaria Sp̄ritus

ritus sancti organa : per quæ mirandos illos motus ueræ conuersionis ad Deum in nobis operatur , contritionem uidelicet et Fidem : Ut conspectu quidem peccati nostri, ex animo tristemur : cōspectu uero Iusticiæ Christi, ex animo letemur : et salutari huiusmodi temperamento timoris et fidei, uerum Deum colamus, Lux ta illud P̄sal. 2. Seruite Domino in timore : & exultate ei cum tremore, &c. Quādo uero Lex & Euangeliū confunduntur : uel alterum sine altero traditur & urgetur : mox amputatur & præcluditur Spiritui sancto uia in nobis conuertendis, & efficienda in nobis illa temperatura timoris & Fidei.

Sicut enim Lex sine Euangeliō, necessario extinguit Fidem, Spem, & Inuocationem: & gignit timorem seruilem, Cainicam desperationem, uel Pharisaicam præsumptionem: qua repudiatur misericordia Dei, per Christum nobis parta : Ita è conuerso Euangeliū sine Lege ineuitabiliter suffocat timorem Dei, ueram contritionem & humilitatem, ac patit car-

## CONFUTATIO

rit carnalem securitatem; qua iustum Dei iudicium contra peccata extenuatur & contemnitur: Imo ipsa quoq; misericordia Dei, unâ cum uniueris beneficijs Christi prorsus uilescit, Nemo enim serio gratiam, iusticiam, benedictionem, uitam, & cœlum experit & quærit: nisi prius sensu peccati, maledictionis, & iræ Dei, sit mortificatus, & ad inferos perductus, Iuxta hæc dicta Psalmi 119. Priusq; humiliabar ego, errabam: Nunc autem eloquum tuum custodiui. Item, Matth. ii. Pauperes Euangelizantur. Esa. 61. Misit me ad Euangelizandum pauperibus: mede dum contritis corde: consolandum lugentes, &c.

Ex hisce dictis liquido patet, neminem esse idoneum ad audiendum utiliter Euangelium, et capiendam opulentiam Christi: nisi prius per Legem egenum & vacuum uasculum factus sit: & perductus in seriam cognitionem culpæ & pœnæ intelligat, quam horribile malum sit Originalis corruptio nostræ naturæ contra Legem Dei, iuxta omnes vires: quantum

tū damnū sit amissio originalis iusticiæ & imaginis Dei: & esse imaginē & mancipium Satanæ, reum aeternæ Dei iræ & damnationis.

Horum malorum atrocitatem, quanto minus homines in Lege perspiciunt: tanto magis sunt securi, præsumptuosi, & admirantes vires liberi arbitrij. Quapropter Legis malleo, tanq; duri & alti montes, contundendi, conterendi, & deiçendi sunt, priusq; profundæ ualles thesauris Euangeli jimpleantur & erigantur, iuxta illud Isaiae 40. Parate uiam Domino: & rectam facite in solitudine semitam Deo nostro. Omnis uallis eleuabitur: & omnis mons, atq; collis humiliabitur: & quod curuum est, erit rectum, &c.

Hoc dicto tota ratio Regni Christi in nobis comprehenditur. Primo Filius Dei pingitur imagine Viatoris, onusti thesauris, celeri gradu ad nos properantis & reportantis amissam salutem. Deinde nostra pectora, propter originalem corruptionem comparantur talibus uis quæ partim ob profunditatem uallium,

D ij partim:

## CONFUTATIO

partim ob altitudinem montium, & densitatem ueprium, prorsus in accessæ et iniuiæ sunt. Ideo serio mandatur Doctoribus, ut parent uiam Domino, deiſciendo montes, implendo ualles, & æquando torruosa & siluosa loca. Montes sublimes, sunt confidentes proprijs uiribus & meritis: Tales uult humiliari ſeuera concione Legis de peccato, ira Dei, & morte. Ualles profundæ, ſunt contriti & desperabundi: Tales uult erigi ſuam & læta conſione Euangelij de iustitia & uita per Christum acquisita. Curuæ & siluosæ uie, ſunt reliquiæ carnis in renatis: quas uult ſubinde mortificari, & ad nouam obædientiam flecti ac dirigi.

Hoc nimirum pacto ueri Doctores parant uiam Domino, ad plantandum & inchoandum eius Regnum in nobis: quando ſecuros terrent Lege, & conteritos consolantur Euangelio. At illi obſtruunt & intercludunt uiam Domino: qui aut Pharisaico & Papistico more, ſolum Legem urgent, ſine Euangelio: aut Antinomico more ſolum Euangelium urgent,

urgent sine Lege : nec debitam seueritatem in taxandis uitis, & exagitandis sceleribus hominum, prestant. Piores effodiunt ualles iusto profundiores, & desperatione usq; ad imum fundum inferni pertingentes, ut Dominus ipsas penetra re nequeat: Postiores uero congerunt montes montibus superbiæ ac securitatis, Gigantum instar, ut Dominus eas transcendere nequeat.

Cum igitur utrique, tam Papistici Legis Doctores, quam Antinomici mellitæ Gratiae Doctores, regnum Dei à nobis arceant: & regno Satanæ per desperationem, uel securitatem nos subiçiant: nō sine causa tam horribiliter utrisq; minatur Deus per Ezechielēm 13. Væ illis (inquit) qui interficiunt animas, quæ non mori debebant: uiuificant animas, quæ uiuere nō debebant. Væ uobis, qui more fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristau: & confortasti manus impij, ut non reuenteretur à uia sua mala, & uiueret, &c.

Quamobrem Antinomia, tanquam  
D*omi*n*is* pestis

## CONFUTATIO

pestilens hæresis, & peculiaris Satanæ  
machina, ad carnalem securitatem stabili-  
endam fugiatur: & Lex Dei in Ecclesia  
audiatur & inculcetur, tanque necessaria  
pars ministerij Verbi, & salutare organū  
Spiritus sancti: per quod primum mo-  
tum conuersionis, scilicet Contritionem,  
in nobis operatur: ueterem hominem  
mortificat: Euangelicæ consolationis si-  
tientes & capaces reddit: & carnalem se-  
curitatem arcet ac depellit: & ita nos in-  
star Pædagogi ad Christum ducit.

Nec quenquā moueant dicta, à qui-  
busdam ad patrocinandum Antinomico  
errori citata, ueluti lohan. 16. Spiritus san-  
ctus arguet Mundum de peccato. Lucæ  
24: Sic oportuit Christū pati, & hoc mo-  
do intrare in suam gloriam, Ut prædice-  
tur in nomine suo pœnitentia & remissio  
peccarorum. Rom. i. Reuelatur ira Dei  
de cœlo, super omnem impietatem &c.

In his & similibus dictis, sequenda est  
regula Viri Dei Lutheri: quam ponit in  
suis Antinomicis Disputationibus, dis-  
putati-

putatione 2. & proposit. 18. inquiēs: Quicquid ostendit peccatum, irā seu mortem, id exercet officium Legis: siue id fiat in ueteri siue in nouo Testamento. Item ibidem inquit: Legē & prædicationem peccati et iræ dei, esse terminos CONVERTIBILES.

Hæc regula est, & notatu digna, & omnibus Theologiæ studiosis maxime necessaria. Necesse est enim Legem & Evangelium tanquam disparatas Ministerij partes distingui: & diuersa etiam officia & obiecta illis tribui: Ut quemadmodum fides in Christū sit proprium Evangelij: Ita contritio & peccati agnitus sit propriū Legis. Horū confusio est eversio totius Theologiæ, & occasio maximorū errorum in omnibus partibus doctrinæ Christianæ. Confusis enim primarijs officijs, necesse est & ipsas doctrinas perniciose confundi.

Tetros igitur Antinomorum errores, quod Dei Verbo, Augustana Confessioni, publicis nostrorum Theologorum scriptis, Religioni deniq; Christianæ

D iiiij Christianæ

CONFUTATIO

Christianæ & Ecclesiæ aduersentur & repugnent, uere & ex animo damnamus & execremur.

III.

CONFUTA-  
TIO ERRORIS  
ANABAPTIS.  
tarum.



RECEDENTIbus erroribus contra ministerium Verbi in uectis, aptissime subiiciuntur corruptelæ Sacramentorum, sicut sigilla literis. Sunt enim Sacra menta re uera cœlestia sigilla & pignora : quæ Deus nō sine grauissima causa, ministerio Euangelij appendit. Quia enim tentatis, & Lege Dei perterrefactis animis, difficile est apprehendere remissio-

missionē peccatorum, & uitam æternam,  
quam Euangelium vniuersaliter propo-  
nit omnibus: Ideo addita sunt Sacramē-  
ta, ut remissionem peccatorum applicent  
ad singulos: idq; non nudis uerbis, au-  
resque tantum serientibus: sed etiam ex-  
ternis signis in oculos incurrentibus: ut  
quibus longè magis mouentur & confir-  
mantur hōines: vt hoc modo peccator tre-  
pidus, uidens simul & audiens, Deum pe-  
culiariter secum agentem, & suam grati-  
am tam oculis quam auribus ingerentem  
tantò firmiorem fiduciam & πληροφορίαν  
de gratuita eius misericordia concipiat,  
conceptam temptationibus opponat, & ad  
inuocationem se exuscitet.

Cum itaq; Sacra menta tam necessa-  
ria adminicula & tam salutaria fulcra sint  
Fidelis & Inuocationis: Ideo Satan, ne  
quid nostrorum honorum illibatum re-  
linqueret, contra illa quoq; hæreses exci-  
tauit: ut, quemadmodū per Antinomos  
hostes Legis, excusso animis timore Dei,  
carnalem securitatem & licentiam pec-  
candi confirmauit: ita per depravatores  
Sacra-

CONFUTATIO

Sacramentorum amoueret adminicula  
Fidei, & subministraret causas dubitatio-  
nis & desperationis.

Huc nimirum tendit Anabaptismus  
quoque Cum enim Sacramentum Baptis-  
mi, sit quasi prima ianua transeundi e reg-  
no mundi ac Satanæ, in Ecclesiam & reg-  
num Christi, percutientis in eo cum sin-  
gulis peccatoribus æternum foedus Gra-  
tia, & regenerantis ac uiuificantis mortu-  
os ac carnales. Ideo Satan, ut hanc saluta-  
rem ianuam obstrueret, et homines ab ei-  
us ingressu auerteret, per Anabaptistas,  
tam contumeliose Baptismum deforma-  
uit & blasphemis conspurcauit.

Quapropter nequaquam hæc impia ha-  
resis silentio prætereunda, sed diligenter  
refutanda: & maiestas Baptismi contra  
Anabaptistarum blasphemias vindican-  
da est.

Quanquam uero laborant & alijs qui-  
busdam non leuihus erroribus contra se-  
cundam Tabulam: ueluti quod negant  
homini Christiano licitum esse gerere po-  
liticum Magistratum: auersantur iuramen-  
ta legis

ta legitima: dirimunt uincula & iura Matrimonij, ut promiscuos concubitus exercant: denique tollunt dominia rerum & contractus, ut sibi parent impunitatem fundandi & diripiendi alienas facultates, &c. tamen haec & similia portentia & scelera, quia dissipant politicam societatem, diuinatus sancitam: ideo potius gladio Magistratus quam Scripturæ testimonij, cōfutari merentur: dilucidèq; testantur, Sectam hanc agitari à Satana. Habent deinde tetros quoq; errores contra primam Tabulam: Omnes pariter fingunt, nullū esse peccatum originis: & propterea negant infantes baptizandos esse. Alij blasphemias Serueti, contra tres personas diuinitatis circumserunt. Alij opinantur ueluti Monachi, se iustos esse suis operibus, uidelicet externa disciplina, patientia, toruitate, desertione civilis uitæ, & simili barbarie.

At nostri instituti non est, omnes ipsorum errores persequi; tantum illos breuiter

CONFUTATIO

breuiter attingemus, quos de Baptismo profitentur, unde etiam appellationem sortiti sunt. Primo quidam negant Spiritum sanctum per Baptismum regenerare ac uiuiscare carnales & spiritualiter mortuos: Alij uero addunt per concessionem, etiamsi id fieret in adultis; tamen nequaquam posse fieri in infantibus, & iudicio rationis haud dum utentibus. Atque hoc modo infinita infantum agmina exclusunt a societate Ecclesiæ, & in æternum salutis discrimen coniiciunt: dum morientes ante adultam ætatem sine Baptismo, simpliciter iudicio Dei committunt.

Tenenda igitur sunt firma & perspicua Scripturæ testimonia, tam de effectu, quam de obiecto Baptismi, quod Spiritus sanctus uere per eum regeneret ac uiuiscet, idque omnes homines promiscue, sine ullo discrimine sexus aut ætatis. Hinc Paulus in Epistola ad Titum cap. 3. uocat Baptismum Iauacrum regenerationis ac renouationis Spiritus sancti, per quod nos saluos faciat, Deinde ad Ephes. g

Ephes. 5. uocat Iauacrum aquæ per Verbum, quo filius Dei deformes Ecclesiæ rugas & maculas ex originali peccato contractas abluit, & sibi in Sponsam gloriosam, sanctam, mundam, & irreprehensibilem copulat et exornat. Similiter Christus Iohan. 3. Nicodemo quærenti societatem ueræ Ecclesiæ & regni Dei, respondet, Eam societatem nemini continere, nisi renato ex aqua & spiritu. Hinc ergo firma consequentia colligimus, Resurgentiam hominis carnalis proficiere à Spiritu sancto per aquam Baptismi. Et quia infantes & quæ sunt carnales, & contagiosa seu hæreditaria lepra originalis peccati infecti, atq; adulti: Ideo ad ipsos quocq; abluidos & regenerandos pertinet Baptismus, Sicut Christus ibi diserte in singulis hominibus, tam infantibus q; adultis, carnalem nativitatem damnans, inquit: Quicquid ex carne nascitur, caro est, id est: quicquid naturali ordine ex primis Parentibus propagatur, est corruptum, iræ diuinæ reum, spiritualiter mortuum, & regeneratione Baptismi indigena.

Hinc

## CONFUTATIO

Hinc Marci 10. Christus Apostolos, arcentes infantes ab ipso, seuerissime increpans, inquit: Sinite pueros ad me uenire, & nolite prohibere. Taliū est enim Regnum cœlorū. Amen dico uobis, Nisi quis instar pueri susceperit Regnū Dei, nunq̄ intrabit illud. Et mox eos blando osculo & amplexu excepit: & impositis manibus benedixit. His uerbis & gestibus aperte declarat, se nequaq̄ uelle infantes à Baptismo arceri, cum sint membra Ecclesiae & Regni sui, sicut inquit: Talium est regnum cœlorum. Ideoq̄ grauiissime peccant Anabaptistæ: qui infantes à Baptismo abigunt, tanquam ob impotentiam rationis nondum idoneos ad Fidem & Regnum cœlorum: & tantum adultos Christo adducunt, tanq̄ ob iudicium rationis aptiores ad Fidem & Regnum Christi. Imò (Christus inquit) contrarium est uerum: Ipsí infantes multo aptiores sunt ad suscipiendum Regnum Dei, quam adulti: propterea quod adulti à ratione naturali, ac Satanae tentationibus uolentissime à Fide retrahuntur: Se infan-

infantes immunes sunt ab utroque impedimento. Non enim ducuntur iudicio rationis, nec afficiuntur ignitis telis Satanæ: sed tanque suauiter ac placide dormientes, toti ex Spiritu sancto pendent: & patiuntur eius diuinam operationem & gubernationem: Ideo uult Christus, ut potius adulti se submittant, ad passiuam similitudinem infantum: quam infantes a surgant ad actiuam astutiam adultorum, quæ perpetuò Spiritui sancto repugnat.

Nullum ergo dubium est, quin Apostoli ex prædicta reprehensione Christi, correcto & abiecto Anabaptistico errori de infantibus, summa cum alacritate ipsos ad Baptismum admiserint & baptizauerint. Id inde colligitur, quod acta Apostolorum toties narrant, iplos integras domos baptizasse. Ergo simul etiam infantes. Domus enim & familiæ raro sunt sine infantibus. Comprobat idem Origines expressè (qui circa 200. Dominii annum floruit) scribens in sextum

Caput

## CONFUTATIO

Caput ad Roman. Ecclesia (inquit) ab Apostolis accepit traditionem etiam Pat uulis dare Baptisimum. Sciebant enim il li, quibus arcana mysteriorum commen data fuerunt, quod sint in omnibus insi tæ sordes peccati: quas per Spiritum & Aquam aboleri oporteat.

Sunt igitur Anabaptistæ, una cum sua blasphemæ hæresi contra Baptisimum detestandi: & ex Ecclesia Dei excludendi, tanquam pestifera zizania & organa Satanæ: Sicut tum in Augustana Confessione, & Apologia, tum denique in Schmalkaldicis Articulis, atq; adeo in omnium nostrorum Scriptis, semper ma nifeste damnati, euidēterq; refutati sunt. Baptismus uero cum summa reuerentia usurpandus, tanquam salutaris fons: in quo Filius Dei una cum Patre & Spiritu sancto, reos absoluit, carnales regenerat, & spiritualiter mortuos uiuificat: Fœ dus deniq; æternum init cum singulis, tū infantibus, tum adultis: ita ut quamlibet post Baptisimum lapsi sint: tamen maneat illud fœdus firmum ac ratum; si modo seria

seria pœnitentia ad Deū redeant: & fœdus illud cum Deo instaurari uero gemitu expetant.

## V.

# CONFUTATIONE CORRUPTELARVM ZVINGLI ET CALVINI de Cœna Domini.



VEM AD MODUM  
dum hæc naturalis uita  
subsidia externa, & suas  
necessarias commodita-  
tes desiderat: Item phar-  
maca & antidota ad auer-  
tendos aut depellendos morbos, qui cor-  
pus infestare solent, necessariò requirit:  
Sic Vita spiritualis, suis quibusdam ad-  
miniculis indiget: quibus initia fidei &  
pietatis prouehi, & perpetuo in pijs ali et  
promoueri possint.

E

Graut

## CONFUTATIO

Graui igitur consilio Sacramenta,  
non tantum olim in veteri Testamento:  
sed etiam à Filio Dei in nouo, sancta &  
instituta sunt: & quidem hoc ordine, ut  
Baptismo initiati, & per Spiritum sanctū  
regeniti, quoties ueteris Adami diffiden-  
tia, sensu iræ Dei peccatorumque obere,  
& deniq; alijs Satanæ telis nos grauari,  
& obrui, atq; adeo pene deficere senti-  
mus, ad hanc sacram Synaxin, tanquam  
ad lautissimas epulas accurrentes, Con-  
scientijs fulcrum, & nouum quasi robur,  
nouasque vires colligeremus: Fide sese  
Verbo, & externis Sacrementis fulcien-  
te & corroborante. Hinc enim vita spiri-  
tualis mirifice reficitur & recreatur, & no-  
vo quodā uigore fulcitur & sustentatur.

Semper itaq; in Ecclesia hæc duo  
Sacramenta, ut signacula Gratia, eamq;  
applicantia Testimonia promissionum  
Christi coniunctim retinenda: & ab o-  
mnibus corruptelis acriter vindicanda  
sunt. Vnde enim maius solatium turbata  
& perculsa conscientia petere potest:  
quam si foedus in Baptismo cū D E O  
sanctum

sancitum in mentem reuocet, illudque æternum & immotum esse statuat: iuxta illud Esaiæ 54. Montes mouebuntur, & colles contremiscent: Misericordia auctem mea, non recedet à te, nec fœdus pacis meæ mouebitur: dicit miserator tuus Dominus. Deinde, et si hoc fœdus peccatis sæpe culpa nostra interruprum sit: tam in hunc finem Cœnam Domini institutam & destinatam esse, ut quasi de integro illud cum Deo coéat, & instauretur. Ibi enim Filius Dei, tanquam mediator inter nos & Deū, uere præsto est: una quasi manu Sanguinem suum, qui pro nobis redimendis effusus est, Patri proponens, & reconciliationem nobis impetrans: Altera eundem Sanguinem nobis exhibens, & simul sua beneficia per Fidem ea apprehendenti applicans: & conscientiæ terroribus percussæ necessarium alimentum, & salutarem medicinam adhibens.

Cæterum sicuti in primitiua Ecclesia, statim post ætatem Apostolorum, Sa  
E ij tan

## CONFUTATIO

tan singulari fraude & astutia de Trinitate articulum inuasit: eumq; corrumperet & deprauare studuit, ut ueram Dei notitiam, quo ad unitatem Essentiae Dei, & diuinitatem Christi, uarijs præstigijs & sophismatibus obrucret, & penitus extingueret: Ita hac postrema ætate potissimum in hoc incumbit, ut salutis nostræ instrumenta: quibus & uera Dei noticia proponitur & illustratur, & ipsius beneficia, ceu in canalibus ad nos deriuantur, suo errorum foetore conturbet aut obstruat.

Statim itaq; post emergentem Evangelij lucem, quam Deus per ministerium Viri Dei Lutheri fortiter instaurauit, quosdam non esse professis hostibus, sed ex nostræ Ecclesiæ doctoribus eo promovuit, ut uel ambitione fascinati, uel rationis iudicio illecti, ad Cœnam Domini prostituendam & eleuandam industriam suam elocare non sint reueriti.

Ac mirum est, quam ubiq; in extremis Satan artificium suum exerceat. Ut enim in Papatu nimium amplificando & ex-

& extollendo Cœnam Domini Idolum  
inde in abominatione Missæ extruxit: &  
adorationem hominibus Idoli illius per-  
suasit: quæ foeda & proλαθρεια nunc quo-  
que quibusdam synceris ac constantibus  
Doctoribus à calumniatoribus præter  
omne meritum obiicitur: Ita contra nūc  
per ingeniosos quosdam & magna auto-  
ritate donisque conspicuos hoc summo  
studio molitur, ut nīmū deiſiendo pro-  
fus illam eneruet, & euacuet: omnem sci-  
licet uim & efficaciam ei detrahens: &  
quasi nucleo sublato, mera putamina in  
Cœna Domini ostentans, & excussis  
granis inanes paleas obiiciens: exem-  
ptaque pecunia Marsupium uacuum ob-  
trudens, & ita Ecclesiam præcipuo the-  
sauro spolians.

Contra hos Satanæ cuniculos, &  
multiplicem πανδρια, qua se per magni  
nominis Viros, & quidem Augustanæ  
Confessionis titulo insignitos, nunc de-  
nuò in Ecclesiā insinuat, eorumque ope-  
ra negotium hoc prouchere studet, totis  
uiribus anniti nos decet: ut pusillū Chri-

E ij sti grē

## CONFUTATIO.

Sti gregem aduersus tam splendidas per-  
sonarum & argumentorum imposturas  
& plausibiles opiniones muniamus: eū-  
que ita armemus, ne uel ad dextram, uel  
ad sinistram nimium deflectendo, à regia  
diuinitusque præscripta uia temere ab-  
erret, ac in triste aliquod præcipitium,  
aut periculosas Syrtes implicetur.

Quia uero alibi, integra huius loci  
enarratio à nostrarum Ecclesiarum Do-  
ctoribus, ac in primis à reuerendo Patre  
Dominio Lutherò piæ memoriæ, luculen-  
ter conscripta, & in lucem euulgata est:  
nunc tantum breuiter, nostrarum Eccle-  
siarum de hoc Sacramento sententiam re-  
petemus: & addita confirmatione præ-  
cipuas Antagonistarum obiectiones di-  
luemus. Omnes enim ipsorum argutias  
& captiosas elusiones uenari aut perse-  
qui, idem esset, ac uelle reti uertos capere.

Porro summa sententiæ nostræ, si-  
cut & in Augustana Confessione & Apo-  
logia, & Schmalkal: Articulis proponi-  
tur, hæc est, uidelicet: Quod in Cœna  
Domini

Domini Christus re uera, Corpus & san-  
uinem suum sumentibus impertiat: idq;  
non imaginarie, sed uere & substantiali-  
ter: non absentia in cœlo, sed præsentia  
in terra: nec tantum dignis, sed etiam  
indignis: non fide tantum spiritualiter:  
sed etiam ore corporaliter usurpanda:  
Ac quod credentibus simul donet, & ap-  
plicet remissionem peccatorum, atque  
alia beneficia in Euangelio promissa.

Hanc sententiam utraque manu  
amplecti, & contra omnes Spiritus fana-  
ticos firmiter tueri, ac defendere nos de-  
cet. Siquidem à uerbis Christi discedere,  
aut in uarias figurastorquere, nō est no-  
strum, nominisque Christiani. Verba au-  
tem Christi diserte hoc habent: In Cœna  
Domini una cum Pane, dari & exhiberi  
uerum illud & substantiale Corpus: quod  
pro salute generis humani, acerbissimos  
cruciatus sustinuit: & una cum Vino ex-  
hiberi & sumi Sanguinem Christi, uerū  
& substantialem: qui ad nos redimen-  
dos in cruce effusus est: & quidem sumi  
non tantum fide, sed etiam ore.

E iiiij

Hanc

## CONFUTATIO

Hanc uero præsentiam ita testamur,  
ut nequaquam admittamus, ullam fieri  
conuersionem Panis in Corpus: aut Vi-  
ni in Sanguinem. Nam Paulus hanc Pa-  
pisticam transfusionem aperte damnat,  
*1. Corinth. 11.* cum inquit: Probet autem  
seipsum homo, & sic de Pane illo edat.  
Item: Qui manduauerit Panem hunc  
indigne, &c.

Etsi autem multiplices præstigias ad  
offundendam caliginem et eludenda hæc  
Christi uerba Antagonistæ nostri exer-  
cent: tamen nos uerbis Christi maiorem  
autoritatem tribuamus, quam ullis So-  
phistarum argutijs: qua & Christi gloriā  
imminuunt, eiusque uirtuti & ueritati  
plurimum detrahunt.

Porro in uerbis Christi, si altius ex-  
pendere & excutere uolumus, hæc duo  
in primis continentur, Substantia scilicet,  
& usus Cœnæ: quæ ut distinctè suo loco  
& ordine recitantur: ita nequaquam in-  
ter se commiscēda & confundenda sunt.  
Nam harum rerum confusio, fœcundissi-  
ma mater, scaturigo, & fons est corrupte-  
larum:

larum: quibus hoc Sacramentum peruer-  
titur, corruptitur, & euacuatur.

Substantiam seu Materiale, hæc uer-  
ba nobis suppeditant: Accipiens Panē,  
dedit Discipulis suis, ac dixit: Accipite,  
comedite, Hoc est Corpus meum. Et ac-  
cepto Calice: Hic est Sanguis meus.  
Quod Corpus, & qui Sanguis, &c. Fru-  
ctum uero leu finem legit: mūm, Christus  
his verbis exprimit: Pro uobis traditur  
& effunditur. Item: Hoc facite in mei  
commemorationem.

Hanc distinctionem, quam Christus  
ipse clare statuit, si nobis tolli aut everti  
patiemur: iam ad corruptelas ianua So-  
phisti aperta est. Nam cū dicere debent  
de Essentia: fraudulenter de fructibus  
declamitare magno in speciem splendo-  
re incipiunt: atq; ita simplici Lectori ma-  
litiose imponunt. Econtra, cum & uerba  
institutionis firmissime tenebimus, &  
hoc ordine ea dispensabimus, non facile  
τὸ πήτηρ Spiritus fanatici eripere, & sup-  
positiciam διενοίαν substituere nobis po-  
terunt.

Exhibens

Exhibens Christus panem & uīnū,  
& Discipulos inuitans ad hanc sacram  
Synaxin, diserte addit: distribuere se Cor  
pus & Sanguinem suum. Quod & ipsum  
Pronomen τότο, Hoc, euidenteruincit.  
Neque enim demonstrat sedentem il  
lic Christum, aut totam actionem: ut Fa  
natici quidam somniant: sed totum id,  
quod exhibetur comedendum & biben  
dum, uidelicet non solum Elementa visi  
bilia, Panem & Vinum: sed etiam inui  
sibilia, Corpus & Sanguinem.

Est & hoc animaduertione dignum,  
quod Author huius Cœnæ, discernes por  
rectionē vtriusque, repetit eandem præ  
dicationem: *Hoc est Corpus meum: Hic  
est Sanguis meus. Quo & Papisticum il  
lud commentum diluitur, quod in alteru  
tro sit utrunque: & Sacramentiorum  
error, qui ad spiritualem duntaxat man  
dationem, hanc Cœnam scelerate de  
torquent. Nam illa reduplicata assevera  
tio, tum certius præsentiam Corporis &  
Sanguinis dominici astruit: tum Corpus  
quidem Pani, Sanguinem uero Vino  
distincie*

distinguere attribuit: tum denique spirituāli istorum communioni, quæ utruncq; in alterutro sumit, nequaq; cōuenire potest.

Deinde Relatum, Quod, & Qui, hoc ipsum efficacius confirmat: Non uidelicet Symbolicum, Metonymicum, figuratum, spirituale, typicum, uel significatiuum Corpus & Sanguinem cum Pane & Vino exhiberi: Sed id ipsum, quod pro nobis in Cruce traditum & effusum est.

Ingens itaque temeritas & detestanda impietas est, uerba Christi conuellere: &, sublato uero corpore, Symbolicū aliquod aut imaginarium subh̄cere: aut cōcinnitatis gratia ad Metaphoram aut Mētonymiam confugere.

Porro usum seu effectum & beneficia huius Testamenti hæc uerba declarant: Pro uobis traditur, Pro uobis effunditur. Item: Hoc facite in mei commemorationē. Docent enim hoc ipso Sacramēto tanq; signaculo ob'signari et fulciri in pectoribus. Fidem noltram: & simul fieri ad credentes applicationē beneficiorum:

CONFUTATIO.

ficiorum : quæ merito & obædientia hu-  
iis uictimæ parta & acquisita sunt.

**H**Anc esse uéram & immotam  
huius Testamenti & instituti fœde-  
ris sententiam , adductis præterea  
aliquot testimonij & argumentis ex uer-  
bo Dei extructis, confirmabimus.

I.

Certissimum est, Christum, quod sen-  
sit, & uoluisse & potuisse eloqui. Necesse  
est igitur, ex ipsius oratione, dextre colla-  
tis membris, sumere sententiam : & ac-  
comodare lapidem ad Regulam : non di-  
uinam Regulam, instar plumbeæ normæ,  
ad humanas opiniones inflectere.

II.

Quotiescunq; in pluribus locis de  
eisdem eadem dicuntur : ibi certum est,  
retinendum esse τὸ πάτον : nec quærendū  
esse διανοια. Tres Euangelistæ, & Pau-  
lus magno consensu, eadem scribunt de  
Cœna Domini. Ergo certissimum est,  
Verba,

Verba, sicut sonant, intelligenda esse.

Quod ad Evangelistas attinet, certum est, nullam in iis dissensionem realem deprehendi posse. Etsi enim Lucas à forma locutionis non nihil discedit, quā reliqui usurparunt: cum ponit, Testamentum in Sanguine, ubi reliqui, Sanguinem noui Testamenti, scribunt: tam certum est, eandem ubique esse sententiam, uidelicet, uerum Christi Sanguinem in Cœna exhiberi: eoque obsignari fœdus & Testamentum, quod per donationem Filij cum Ecclesia initum & percussum est.

Iam quod ad Paulum attinet, quid illustrius ad confirmandam nostram sententiam adduci potest hac ipsa Concione: quam 1. Corinth. 10. introducit: Poculum, inquit, cui benedicimus, nonne κοινωνία, hoc est, participatio Sanguinis Christi est? Diserte eo in loco fractioni quidem Panis, κοινωνία, id est, Participationem Corporis: potionis uero Callicis, κοινωνία, id est, participationem Sanguinis attribuit. Significare autem κοινωνία, Partici-

CONFUTATIO

pationem hoc in loco, etiam ipsimet Ad  
uersarij iam confitentur. Nō ergo in Cœ  
na Domini figura, Typus, aut umbra  
Corporis & Sanguinis habenda & asse  
renda est, ut ueteres & noui Zwingiani  
sомнiant.

III.

Paulus eodem in loco, cap. ii. inquit:  
Quicunqz manduauerit Panem hunc, &  
biberit Calicem Domini indigne: reus  
erit Corporis & Sanguinis Domini.

Reus autem is esse alicuius rei dici  
tur, aut peragitur: qui non figuram tan  
tum: sed rem ipsam, cui summam reueren  
tiam debebat, temere & impudenter pro  
phanat: aut contumeliose tractat, perdis  
eâue abutitur. Ergo in Cœna Domini,  
uere & realiter exhibetur Corpus & San  
guis Domini: Alioqui enlm nemo in  
dignæ manducationis reus peragi pos  
set: nec sibi iudicium sumere: cum absen  
tem nemo sumere, nedum praua sumptio  
ne prophanare aut uiolare possit.

Sic

Sic & Cyprianus hæc uerba Pauli enarrat, in 5. sermone, de Lapsu, pag. 221. cum dicit: Idolatras ab artis Diaboli reuerentes ad Cœnam Domini, faucibus contagia funesta redolentibus Domini Corpus inuadere.

Et Ambrosius haud dubie ad hanc tristem Pauli concionem respiciens, Theodosium Imperatorem ita obiurgat: Ista ne adhuc stillantes, iniustæ cædis cuore manus extendis: & ijs sanctissimum Corpus Christi prehendis: uel preciosum illum Sanguinem, ori tuo admouebis: qui tantum effuderis Sanguinis, dictato furentis animi decreto: Quapropter discede: neque uelis priorem iniquitatem hac alia iniquitate augere. Theodoreus lib. 5. cap. 18.

### III.

Christus inquit: Hoc est Corpus meum, quod pro uobis datur, &c. Hic est Sanguis meus, qui pro uobis effunditur. Nec que nero aut Panis pro nobis traditus est, nec Vinum pro nobis effusum. Ergo non tantum Panis & Vinum: sed  
revera

## CONFUTATIO

revera Corpus & sanguis Christi, quo  
redempti sumus, in Cœna nobis exhibi-  
bentur. Alioqui enim eodem modo se-  
queretur, non Corpus, sed spectrum  
aut umbram Christi pro nobis in Cruce  
oblatam esse: Ac tropice intelligendi el-  
sent Prophetæ & Apostoli: ubi passim  
Corpori & Sanguini Christi redemptio/  
nem humani generis ascribunt. Zachari-  
as inquit: Videbunt, in quem transfixe-  
runt. Item: Sanguine educes uincitos tu-  
os è lacu. Et Petrus dicit, Nos sanguine  
Agni immaculati redemptos esse.

### V.

Necesse est differre Patrum manducatio-  
nem corporis Christi ante nativitatem  
Christi, & ante institutum hoc Sacramen-  
tum ab ea, quam nos in hac Cœna faci-  
mus. Alioqui enim Christus frustra ac te-  
mere suam sacrosanctam Cœnam insti-  
tuisset, nobiscj in ea suū Corpus & Sang-  
uinem promitteret & offerret. Negari au-  
tem non potest, spiritualem manducatio-  
nem, ad quam Sacramentarij uerba Cœ-  
na detorquent, perinde illis huius Cœna  
experti

expertibus, ac nobis communem promis  
cuamque fuisse. Ergo necesse est, in Cœna  
Domini, præter illam spiritualem com-  
munionem Corporis iplius, etiam quan-  
dam corporalem cōcedi ac constitui. Vn-  
de porro sequitur, quod manifeste uerba  
Testamenti peruerunt: & dignitatem  
huius Testamenti imminuunt.

## VI.

In formula Testamenti sententia  
Testatoris, propriè, nō figurate proponi  
solet: sicut & in Legibus Cæsareis cautū  
esse dicitur, Ne Testamenta improposito  
sermone scribantur. Cœna Domini est  
Testamentum Filij Dei. Ergo Filius Dei  
proprio, nō figurato genere orationis in  
hac formula Testamenti condēda usus est.

## VII.

Omnis Articuli Fidei proprio, &  
non figurato genere Sermonis à Deo tra-  
diti & propositi sunt. Doctrina de Cœna  
Domini est Articulus Fidei, aut certe æ-  
quipollit, aut eo pertinet. Quare non du-  
biū est, Cœnam Domini proprijs uer-  
bis, et nō figuratis, institutā esse.

F

Sacra

## VIII.

Sacramenta seu ritus Testamenti  
veteris fuerunt typi, umbræ, & picturæ  
noui Testamenti. Ergo quod in sanguine  
pecudum, ut in figura adumbratum,  
ac quasi à longe ostensum est, id in hoc  
Christi Testamento ueré præstatur et ex-  
hibetur. Non igitur tantū est, μνημόσυνοι  
aut mutua benevolentia documentum,  
ut sunt amicorum conuiuia: sed uere ta-  
lis Cœna, in qua uerum Corpus & Sang-  
uis, Christi distribuitur in pignus arctissimi  
fœderis, quod inter Christum & Ec-  
clesiam sanctum est, & in applicationem  
beneficiorum Christi, ad singulos cre-  
dentes.

## IX.

Paulus Ebre. 9. conferens uetus &  
nouum Testamentum citat dictum Moï-  
ses: Hic est Sanguis Testamenti, quod  
mandauit nobis Deus. Qui locus diligen-  
ter nobis obseruandus. Nam aduerteri  
deducunt originem huius sacrosancti Sa-  
cramenti à communi consuetudine ami-  
corum, a se inuicem discedentium, qui mi-  
moris

moriæ gratia postremo una conuiuantur: quo facilius persuadeant, nihil hic aliud quam Symbolicum aut memoriale quoddam coniunctionis cum Christo institutum esse. Verum Scriptura clare ostendit originem hujus Sacramenti ex uesteris Testamenti foederibus sumptam esse: eoꝝ etiam hoc illorum naturam alia quo modo exprimere.

Nam olim in foederibus constituedis aut renouandis ea seruabatur ratio, ut eiusdem uictimæ sanguis, partim DEO offerretur, partim in populum circumsum spargeretur. Ut autem tunc in foedere erigendo, uerus Sanguis, non Symbolicus, aut ficticius, & Deo ipsi oblatus, & in Populum sparsus est: Ita hic Testator noster in stabiliendo suo foedere cum Ecclesia, non res alienas aut figuratas: sed uerum suum Corpus, quod pro salute generis humani obtulit, & uerum Sanguinem, quem ad nos redimendos in Crucie large effudit, distribuit: uultque ad hoc Testamentum nos saepere recourse, ut eo tanquam subsidio & administriculo

## CONFUTATIO

Fides nostra subinde erigatur & confirmetur.

Cæterum ut hæc uerba: Hic est Sanguis Testamenti, non figurate, sed propriæ ab omnibus intelliguntur de præsenti sanguine illius Victimæ, quæ offerebantur: Ita & in Cœna Domini propria uerborum significatio retinenda est: nec tollerandum, ut uiolèter in alienum sensum detorqueantur.

## X.

Iohann. v. dicitur. Hic est, qui uenit per Aquam & Sanguinem Ihesus Christus: non per Aquam solum: sed per Aquam et Sanguinem. Et Spiritus est, qui testificatur. Quoniam Spiritus est Veritas. Quoniam tres sunt, qui testimonium dant: Spiritus, Aqua, & Sanguis: & hi tres unum sunt. In hac concione Apostolus de Sacramentis à Christo institutis haud dubie differit. Ut enim per uocem Aqua, Baptismum (ut omnes consentiunt) describit: Ita consequenter a pari per Sanguinem, integrum actionem huius Testamenti complectitur: & hæc duo Sacra-  
menta

menta connectit. Est autem dulcissima Phrasis, quod dicit, Christum uenire in Aqua & Sanguine, seu per Aquam & Sanguinem, quasi dicat: Christum uere Sacramentis adesse: per ea nobiscum a- gere, foedus inire, & nos firmius & arctius sibi adiungere, & conpulare, ita, ut unū fiamus cum ipso.

Deinde addit, tria illa, Aquam, San-  
guinem, & Spiritum sanctum, adhuc in  
terra residere: atq̄ ita Spiritum sanctum  
cum Sacramentis connectit (ut & Pau-  
lus ad Tit. 3.) admonens, nobis in Sacra-  
mentis beneficia Christi per Fidem appli-  
cari, & uere nobis exhiberi, non tantum  
remissionem peccatorum, sed & Spiritū  
sanctum: qui sit efficax in nostris peclo-  
ribus, & ad piam obædientiam nos ex-  
usciter.

Addit præterea, ista tria adhuc testa-  
ri, id est, Baptismum & Coenam Domi-  
ni esse Sacmenta testificantia de Chris-  
to, uidelicet, quod uerè sua obædientia  
& Sacrificio tanq̄ & v̄ Τιλύτρω nos ex pec-  
cati & mortis Tyrannide uindicatos in

F iii possit.

## CONFUTATIO

possessionem iusticiæ & uitæ restituerit.  
Idem enim & Christus ipse affirmat, se ut  
delicet in Cœna ideo dare Sanguinem  
cōmunicantibus, ut testis sit de æterno il  
lo fœdere: quod per Sanguinem Filij sui  
**DEVS** cum Ecclesia sua pepigit & ob  
signauit.

In primis uero notanda est Empha  
sis, ubi dicit, Sanguinem testari in terra.  
Si enim testatur in terris: neceſſe est in  
Sacramento Cœnæ uere & realiter ipso  
præsentem esse & exhiberi. Non igitur il  
le Sanguis in terra testificans, aliquid um  
bratile aut figuratum esse potest: non ip  
sa remissio peccatorum: non spiritualis  
communio, per quā Christus Spiritu suo  
in nobis habitat, nosque sua membra effi  
cit: sed & uerus & realis ille Sanguis:  
qui pro nobis in Cruce effusus est, & præ  
cipue in Sacramento Cœnæ, non tantū  
fide, sed etiam ore accipitur.

Hoc dictum Apostoli, quod cum  
Institutione Christi pulcherrime consen  
tit, & uerba Pauli explicat, diligenter  
obseruandum est, Vbi enim Paulus in  
quit:

quit: Hoc est Testamentum in Sanguine Christi, Iohannes sic enarrat: Sanguinem testificari de nouo Testamento, seu hoc ipso confirmari & obsignari foedus nostrum cum Deo percussum in morte & sacrificio Christi,

Videtur etiam hæc sententia alludere ad uerba Testamenti veteris: Hic est Sanguis Testamenti, quod mandauit uobis Deus. Ut enim Sanguis ille in populum sparsus, Testamentum foedusque populi cum DEO renouabat & confirmabat: Ita & in Coena Domini hoc ipsius foedus, quod cum DEO nobis intercedit preciosissimo pignore Corporis & Sanguinis Domini, hic in terris nobis singularis renouatur, stabilitur et confirmatur.

Nos igitur in simplici sententia uerborum Christi acquiescamus: nec credamus aut applaudamus ullis Sophismatum præstigijs utcunque speciolis, quæ tropuero uerborum Cœnæ Domini eludere, aut in figuræ & tropos transformare conantur.

CONFUTATIO

# CONFUTA-

## TIO PRAE CIP VARVM

objectionum, quæ aduersus  
ueram Ecclesiam Christi, &

Augustinæ Confessi-  
onis sententiam de  
Sacramento cœ-  
næ afferuntur.

**F**TSI in confirmatione ue-  
ræ sententiæ simul etiam ali-  
quas Sacraimentariorū præ-  
stigias deteximus: & arma-  
quædam non solum ad nos-  
muniendos, sed etiam ac depellendos ho-  
stium insultus simplicibus animis subie-  
cimus & subministrauius: tamen quia  
pusillis Christi consulere cupimus, & co-  
futationem in illorum præcipue gratiam  
adornamus, qui Confessionem Augustin-  
ianam pure profitentur, alii quas ueterum et  
nouorum Zwinglianori im obiectiones  
dilue-

diluemus: ut ex his Lectores admoniti,  
ab his præstigiatoribus rectius sibi caue-  
re, & ipsorum insidias facilius fugere  
possint.

## I.

Christus supra cœlos omnes euerctus  
est, & nunc consideret ad dextram æterni  
Patris, definito & circumscripto loco.  
Ergo

Impossibile est, in Sacramento Cœ-  
næ Corpus & Sanguinem Christi uere &  
substantialiter exhiberi. Hæc obiectio re-  
cte sic diluitur: Ascensionem Christi non  
esse localem quandam disiunctionem aut  
secessionē ab Ecclesia: sed patesfactionem  
illustrem, & conspicuam Diuinitatis: q̄  
habuit Christus ab æterno una cū Patre:  
& q̄, forma serui assūpta, in natura nostra  
ranti per texit & occultauit, donec myste-  
rium redemptionis nostræ absoluueret.

Deinde dextra DEI, non significat  
locum aliquem definitum & circunscri-  
ptum, ut est dextra alicuius Regis: sed ut  
DEVS nullo corporali loco concludi &  
appre-

CONFUTATIO

apprehendi potest: Ita dextera eius omnia implet, excedit, & superat, & nusquam non præsto adest, iuxta hæc dicta.

Esaïæ 66. Cœlum sedes mea: ter autem scabellum pedum meorum. Iero 23. Nunquid cœlum & terram ego implo: dicit Dominus.

Est autem hæc forma loquendi (scdere ad dexteram) à consuetudine usitat sermonis translata: Ut magis ostendat & illustret æqualitatem & Maiestatem dignitatis et potentiae Filij cum Patre. Hæc uero Maiestas Christi ut modo nullo impedimento est præsentia corporis ipsius in Cœna: Ita multo magis ea comprobat & confirmat. Et quia humana nitas Christi ad dexteram DEI collocari est: & cum diuinitate perpetuo & indissolubili foedere copulata unione hypostatica: Quantus igitur furor est, corporalem eius præsentiam à Sacramento Cœnae excludere?

Deinde contra hanc impossibilitatem Zwinglij, Caluini, & aliorum illud uicissim opponendum est: Christum ea quæ

quæ promisit, posse etiam pro sua omni-  
potētia, & uelle pro sua ueritate prestare,

Cum igitur extet in institutione Christi diserta Promissio de exhibitione præsentis Corporis & Sanguinis ipsius, in omnibus piorum cordibus usq; ad finem mundi: Nemini dubium esse potest, quin & re ipsa promissionem suam comprobet. Ac quid impossibile esset illi, qui suā humanitatē contra omnem naturā cursum & ordinem, ex Virgine in uiolata assumpsit: assumptam indissolubili fœdere cum natura diuina in una Persona consociauit: consociatam in mortem & inferos demersit: demersam rursus ex inferis & morte ad uitam immortalem reuocauit: reuocatam supra omnes cœlos euexit: euectam ad dexteram DEI omnipotentis collocauit. Vbi uere nunc gloriatur, sibi etiam iuxta humanitatem datam esse, non aliquotam, sed totam potestatem: non tantum in cœlo, sed etiā in terra, habitandi in singulis piorū pectoribus, tanquam caput in membris,

& os

CONFUTATIO

& os de ossibus nostris, idque non ad  
momentum, sed singulis diebus usq; ad  
consummationem sacerdoti.

II.

In doctrina cœlesti, ubi τὸ ἄντος parit  
absurditates, confugiendum est ad διανοία  
ερ. Sententia de præsentia Corporis &  
Sanguinis Christi in Cœna multas secu-  
trahit absurditates, ut uerbi causa: Quod  
Corpus Christi sit immensum, per totum  
orbem diffusum: idque contra naturam  
& proprietatem humani corporis. Ergo  
merito ad declinanda hæc absurdæ, iuxta  
διανοία ερ seu Metonymiam, & non iuxta  
τὸ ἄντος uerba Christi intelligenda sunt.

Respondemus. Quoties τὸ ἄντος tan-  
tum impingit in iudicium Rationis, nec  
pugnat cum ullo Articulo Fidei, & alio  
quoties eisdem uerbis Scripturæ repeti-  
tur: utraque manu illud retinendum est:  
nec quærenda διανοία alludens ad iudicis-  
um rationis. Deinde omnis interpretatio-  
sumenda est ex ipsis materiarum fonti-  
bus: ubi res integre exponuntur, & Scri-  
ptores

ptores ἐν ποαιρέως hoc ipsum agunt, ut suam perpetuam sententiam plane ac diserte exponant. Sed τὸ πίτοπ Cœnæ Domini tantum pugnat cum iudicio rationis, non cum ullo Articulo Fidei: et quatuor testes eandem sententiam de Cœna Domini iisdem verbis repetunt. Ergo nulla causa est, cur ab expressis uerbis Evangelistarum discedamus.

Magnopere autem mirandum est, cur Sacramentarij absurdia huius loci tantopere exaggerent: cum alioquin non minora inconuenientia naturæ humanae ultrò admittant, ut penetrationem dimissionum, cœunctionem Corporis supra omnes cœlos, sessionem ad dexteram Patris: cum sine controuersia omnes faterantur, nullum esse locum supra cœlos, & nullam Creaturam dignitate & potentia cum D E O conferendam aut ei æquandam esse.

Quoties igitur hoc absurdum de impenitentia Corporis nobis ingerunt: nos alia non minora, quæ ipsorum etiam consensu recepta sunt, regerere possumus.

At

CONFUTATIO

At si illi ad omnipotentiam Christi confugiunt: nobis quoque ad eundem receptionem fores aperiunt.

III.

Christus Iohann. 6. inquit: Caro non prodest quicquam: Spiritus est, qui iustificat.

Ergo In Coena Domini tantum fit manducatio spiritualis: eaque sola hanc uim habet conferendi Spiritum & uitam. Vbi ecce contra Sacramentalis manducatio seu corporalis rejicitur: aut prorsus euacuatur.

Respon. Falso hoc dictum Christi ad Coenam torqueri, cum eo tempore (quod ex serie rerum gestarum Christi facile convinci potest) Coena Dominica nondum fuerit instituta. Deinde Christus principaliiter illic tractat de fructu spiritualis manducationis: quae ex Fide in mortem Christi, non ex Sacramentis profluit & enascitur.

Magna igitur impudentia est, genitam Christi sententiam peruertere, & ad nostros affectus uerba Christi inflectere.

Adde

Additum quod de Christi carne nihil ibi prorsus dicitur: sed tantum nostræ carnis stupor & cæcitas perstringitur: quod ad percipienda Christi mysteria prorsus rudis sit, & emortua: nisi aliunde, uidelicet à Spiritu sancto illustretur, & uera Christi agnitione imbuatur. Quoties enim in sacris literis Caro spiritui opponitur: semper intelligenda est carnis nostræ depravatio & ἀταξία: quæ perpetuo uitiosis motibus & prauis incendijs æstuare solet, nisi à Spiritu sancto renouetur, & in obsequium Dei cogatur. Ut Rom. 8. Si secundum carnem uixeritis, moriemini. Gal. 5. Caro concupiscit aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem.

### III.

De similibus idem est iudicium.

In Testamento ueteri, quoties Phrases aliquæ absurdam per se sententiam gignentes occurruunt: tum hæ figurate vel Metonymice exponi solent. Ut, Agnus est Pascha; Circumcisio est Fœdus

CONFUTATIO

Fœdus, &c. Ergo recte ad uitandam absurditatem in his uerbis: Hoc est Corpus meum, &c. idem tropus usurpatur.

Respon. I. Obseruandum esse discimen inter populum ueteris & noui Testamenti. Illi enim pleraque in umbris figuris, & Symbolis proposita sunt: quæ postea sine inuolucris à Christo expolita, patefacta, & re ipsa exhibita sunt. Ideoq; Paulus 2. Corinth. 3. affirmat, maiorem esse gloriam noui, quam ueteris Testamenti. Contraria igitur potius sententia tenenda est, uidelicet: Quæ in ueteri Testamento typice aut figurate sunt adumbrata: ea nunc uere corporaliter, essentia aliter et substancialiter nobis donari et exhiberi in novo Testamento. Deinde salutis est, ex particularibus aut aliquot saltem exemplis elicere: quod omnes aliæ locutiones, præsertim magno consensu repetitæ Ἰσπικῶς accipiendæ sint.

V.

Manna uocatur in Scriptura, & Sacramentum, & spiritualis Cibus. Ergo Etiam in Cœna Domini spiritualiter

ter tantū Corpus & Sanguinem Christi  
participamus.

Respon. Etsi impropre & καταχρησικώς Manna interdum pro Sacramento sumitur: tamen cum nullam habet promissionem Gratiae, Salutis, & remissionis peccatorum annexam, nequaquam cum Cœna Domini conferri potest aut debet. Deinde certum est, Mannam magis ad corporis usum & subSIDium uitæ naturalis, quam ad ullam applicationem beneficiorum spiritualium destinatam fuisse.

Quod uero importune urgent, Mannam tamen uocari cibum spiritualem: ita deoq; inter Sacra menta censendam & annumerandam esse: Respondemus cum Ambrosio, Mannam ideo uocari cibum spiritualem, quod non corporaliter aut physice, sed miraculose à Deo, & quidem cœlitus concessus & donatus sit.

## VI.

De iisdem eadem est tenenda ratio.  
In Baptismo non sumitur Corpus & Sanguis Christi. Ergo. Nec in Cœna: cum hæc Sacra menta eiusdem sint dignitas,

G

tatis,

CONFUTATIO

tatis, & ab eodem authore in eundem si-  
nem instituta & destinata sint.

Respond. Et si haec duo Sacra menta  
in genere, quo ad effectum & causam effi-  
cientem, conueniunt: tamen in causa Ma-  
teriali & Formali prorsus sunt dissimilia.  
Vbi enim in Cœnæ institutione dicitur:  
Hoc est Corpus meum: Hic est Sanguis  
meus. Item Fractio Panis <sup>et</sup> uincia Corpo-  
ris Christi est: Ibi in institutione lōge alia  
Baptismi ratio & forma constituitur.

Quod uero Pauli illud aliqui obiisci-  
unt: Quotquot baptizati estis, Christum  
induistis. Respondetur, Paulum illic non  
de Corporis Christi, sed de merito & be-  
neficiorum eius participatione differere.  
Sicut & Roman. 6. cum inquit: Nos in  
mortem Christi baptizatos esse. At haec  
uerba: Hoc est Corpus meū, non loquun-  
tur propriè de meritis & eorum applica-  
tione: sed de exhibitione ueri Corpo-  
ris, quod pro nobis acerbissimos crucia-  
tus in Passione sustinuit. Alia ergo  
Baptismi, alia Cœnæ Domini ratio est:  
nec

nec ualeat hæc ratiocinatio puerilis: Si in Baptismo non sumitur Corpus & Sanguis Christi substantialiter. Ergo nec in Cœna, &c.

## VII.

Sacmenta sunt actiones spirituales. Ergo Et in Cœna Domini ista uerba (Hoc est Corpus meum) spiritualiter intelligenda sunt.

Respond. Diligenter uitandas esse ambiguitates: ne cludendum esse uerborum præstigijs. At uox, Spiritus, & Spiritualis, alibi opponitur naturis corporales: & significat id, quod sola ratione aut cogitatione percipi potest, ut D E V M, Angelos, Diabolos, Animas, etc. Spiritus & naturas spirituales appellamus.

Deinde spiritualia dicuntur: quæ et si in extetnos sensus incurunt: tamen figuratam quandam Allegoriam & mysticam significationem adiunctam habent. Ut cum de Manna, aut alijs Typis ueteris Testamenti differitur. Postremo uocā

G ij

tus

## CONFUTATIO

ter & spiritualia, quæ proprie ad Religio-  
nem spectant, & à Deo destinata sunt  
in usum spiritualem, tanque media & orga-  
na: per quæ Spiritus sanctus operatus,  
& quæ Salutem promouent, ac Fidei no-  
stræ subseruit.

Expositis præcipuis significationi-  
bus huius uocis, spiritualis: nunc obserue-  
mus, Sacramentarios dicere Sacramen-  
ta, & præsertim Cœnam Domini, esse spi-  
ritualia ea significatione, quam primo &  
secundoloco exposuimus, quod scilicet sint  
tes quedam typicæ, figuratæ, sola ratione  
& cogitatione comprehensibiles, &c.

Verum Sacra menta propriè spiritu-  
alia esse dicuntur, tum efficientis, tum fi-  
nalis causæ ratione in hac ultima signifi-  
catione, nempe, quia & à Deo, non per  
physicas causas prouenant, & usum ha-  
beant spiritualem, non corporalem.

### VIII.

Omnium Sacramentorum natura  
& proprium est, ut aliquid significant:  
Vnde & Sacra menta nuncupantur. En-  
go, & Corpus & Sanguis Christi tantum  
signi-

significatur, & non reuera exhibetur in  
Sacramento Cœnæ Dominicæ.

Respon. Etsi non negatur, pro-  
prium esse Sacmentorum, ut beneficium  
um aliquod insigne & memorabile in  
memoriam nobis reuocent: Deique con-  
tinuam erga suos φιλενθωπιας & bene-  
ficientiam animis quasi altius infigant &  
applicent credentibus: tamen inde non  
sequitur, uerum Corpus & Sanguinem  
in Cœna Domini non exhiberi: sed illud  
tantum inde colligitur: Ergo & hoc  
Sacmentū est μνημόσυνον mortis Chri-  
sti & Symbolum præcipui & ardentissi-  
mi amoris: quo Deus Ecclesiam suam  
complectitur.

Maneat ergo in causa, quod muta-  
ti nō potest, & quod Ecclesiæ nostræ pio  
consensu hactenus docuerunt & propug-  
narūt: uidelicet, In Cœna Domini Cor-  
pus & Sanguinem Christi realiter ac sub-  
stantialiter sumentibus, dignis & indig-  
nis distribui & exhiberi: Idq; in hunc ti-  
mē, ut promissiones & beneficia Christi  
nobis rectius applicentur, & quasi Sigil-

G ij

lo quo-

## CONFUTATIO

Io quodam ob signentur: deniq; ut Fides  
in credentibus magis excitetur, fulciatur  
& confirmetur.

Ex hac autem simplici, uera et p̄f̄  
spicua cum explicatione ac confirmatione  
ne & & ueræ sententiae uerborum  
Christi de Cœna Domini, tum confuta-  
tione Zwingliani erroris (quæ ueluti in  
compendium et Epitomen Lutheri et al-  
liorum præstantium Virorum de hac cō-  
trouersia luculentiora Scripta contrahit)  
minoris erit negocij, reliquas Caluini et  
aliorum argutias discutere: Etsi semper  
suademus, tutius esse in simplici et nati-  
ua uerborum Christi sententia acquies-  
cere: in eaq; confirmanda & asserenda  
laborem ponere: quam in reuellendis ac  
diluendis omnium Fanaticorum argutijs  
se nimis curiose torquere, nimiscq; scrupu-  
lose in illis consutandis se fatigare. Dein  
de & hoc pijs omnibus apparebit, nostra  
rum Ecclesiarum sententiam & nunc, &  
olim superstite Luthero, uictorem fuisse,  
ac de contrario errore triumphasse.

Hacten

**H**actenus recitauimus firmissima testimonia & argumenta Verbi DEI, quibus ueram sententiam de praesentia Corporis & Sanguinis Domini solide confirmatam esse, nequaquam dubitamus: Refutauimus etiam omnes praecipuas Aduersariorum obiectiones, ita manifeste & euidenter, ut Veritatis studiosis satisfactum esse certo statuamus; Omnes uero eorum argutias scrupulosius persequi, quod perinde esset, ac fluctus numerare, nequaquam opere precium esse putauimus.

Reliquum igitur est, ut etiam breviter demonstremus, hunc errorem tum in Augustana Confessione, Apologia, & Schmalkaldicis Articulis, tum deniq; in omni nostrarum Ecclesiarum doctrina, perpetuo constanterq; damnatum esse.

Nam primo Augustana Confessio dicit, nobis uere Corpus Christi in illa sacra sancta Coena exhiberi, ut tollat istorum umbratiles, fictas ac phantasticas Corporis Domini communiones.

G iiiij

Secundo

CONFUTATIO

Secundo Apologia dicit, Substanti  
aliter exhiberi Corpus Domini: quæ uox  
etiam significantius omnes istorum com  
menticias, rationales, typicas, figuratas, &  
Metonymicas sumptiones Corporis &  
Sanguinis Domini taxat & cōdemnat.  
Memorabile autem est, quod Apologia  
dicit, Hanc esse sententiam tum Latinā  
tum Græcæ Ecclesiæ: et, ut id confirmet,  
Cyrillum eandem præfentiam Corporis  
& Sanguinis diserte testantem adducit.

Tertio Schmalkaldici Articuli hunc  
eundem errorem etiam disertius & acri  
us damnant & anathematizant.

**L**VCE ergo meridiana clarius ap  
paret, prædictas nostræ doctrinæ  
formulas, omnesque nostras Ecclesiæ,  
hunc errorem semper condemnasse &  
confutasse. Quare nos quoque ijsdem  
Veritatis uestigijs constanter ope Domi  
ni insistentes, eundem errorem toto pe  
ctore detestamur ac execramur.

Confus

**CONFUTA-**  
**TIO CORRUPTELA-**  
**RVM in Articulo de libero**  
**Arbitrio, seu de Viri-**  
**bus humanis.**



VM hactenus ex sa-  
 cris scripturæ fontibus  
 præcipuos furores & te-  
 tras opiniones, quæ nos-  
 stra ætate, aut contra Es-  
 sentiam Dei, aut ministe-  
 rium Christi in Ecclesiam irreperserunt, de-  
 texerimus: & iusta confutatione Veri-  
 tatem à sordibus & asperis fæcibus uin-  
 dicauerimus: Sequitur nunc, ut eadem  
 tide Amplificatores & Patronos liberi  
 Arbitrij, quorum aliqui etiam Augusta-  
 na Confessionis titulo se uendant, ag-  
 grediamur: & pusillos Christi de hoc eti-  
 am Articulo contra speciosos ipsorum pre-  
 textus

CONFUTATIO ERRORVM  
textus et fucos erudiamus & præmuniamus.

Idq; ijs potissimum de causis, ut et homines à superba carnis confidentia, & uana iactatione ad suæ miseræ et depravatæ naturæ considerationem deducantur. et ut amplitudo misericordiæ DEI in hominis reparatione adhibita, magis illustretur et conspiciatur: deniq; ut Deo iustus et conueniens honos tribuatur.

Oritur autem hic error, facultatem virium humanarum superbe prædicans & extollens ex ignorantia peccati originalis & destructæ imaginis Dei, & ex admiratione & fiducia nostræ iusticiæ, ac deniq; ex plausilibus Philosophiæ dogmatibus. Cupimus enim semper aliquid esse, & quæ nostra stulticia, philautia, nostra ue admiratio est, etiam nobis uidemur atq; ægerrime eo adducimur, ut uni & solo Deo in solidum relinquamus sapientiam et iusticiæ gloriam. Eiusmodi superbia fit ab initio ingenita fuit hominibus: ita Satanæ ianuam aperuit ad eos multis impijs prauisq; opinionibus imbuendos & fascinans.

fascinandos. Deinde extiterunt sacerdotes  
omnibus Sophistæ, qui in extollenda ho-  
minum iusticia & libertate, quod sciebat  
fore plausibile, stylum exercent.

Horum itaq; opiniones ordine recēse-  
bimus: & quia nouis iam coloribus pin-  
guntur, & in Ecclesiā quasi iure postlimi-  
ni reuocātur: maiori etiam cura & studio  
à nobis confutandæ & diluendæ sunt. Eo  
autē facilior nobis est cum Antagonistis  
& defensoribus liberi Arbitrij cōgressus et  
conflictatio, quod non solum uniuersam  
habemus Scripturam nobiscum consenti-  
entem: sed quod iam olim eiusdem opini-  
onis propugnatores à viro Dei Doctore  
Lutherò, summa cū laude & ingenti Spi-  
ritus zelo, ex arena depulsi et profligati  
sunt.

## SERIES FALSARVM OPI- TIONUM in hoc Articulo.

### I.

**O**Pinio eorum est, qui impudens-  
ter fingunt, homini post lapsum, et  
am ante renouationem tātas adhuc vires  
in esse

CONFUTATIO ERRORVM

inesse : ut, si annitur, & Legem Del. &  
obædientiam omnibus numeris absolu-  
tam assequi & præstare possit.

Hæc impietas à Pelagio primum  
introducta, & postea à Sophistis quibus-  
dam & doctoribus Scholasticis propaga-  
ta, communī etiam ueteris & purioris Lc  
clesiæ consensu repudiata est, & ita pro-  
fligata: ut hodie inter Papistas nemo tam  
proterue de hominīs facultate & uiribus  
humanis mutire, garrire, aut deblaterare  
ausit. Itaq; hoc tam crassum delirium uni-  
co illo Pauli dicto, Rom. 3. & ex Psalmo  
desumpto retundi potest: Vbi de natu-  
ra generis humani differens, non tantum  
infirmitatis damnat liberum Arbitrium:  
sed omnes esse inutiles pronunciat, auer-  
sus à Deo, & tyrannidi peccati addictos.  
Qualis autem Libertas, qualis obædien-  
tia aut Iusticia à mancipijs peccati flagita-  
ri aut præstari potest?

II.

**S**Ecunda opinio longe concinnior  
& iudicio rationis plausibilior haec  
est:

est: Hominem lapsu Adæ uitiatum & de suo statu & integritate miserabiliter quidem deiectum esse, ita, ut natura ad peccatum propensus & proclivis sit: sed tamen vires humanas non ita prorsus prostratas, extintas, & deletas esse, quin gratia Dei excitanti & adiuuanti libere in conuersione hominis cooperari possit. Hinc acceptationem uel reiectionem Gratiae Dei in libero hominis Arbitrio collocant: & mentem ac uoluntatem hominis σύνεργον, seu causam cū uerbo & Spiritu Dei cooperantem statuunt nostræ ad Deum conuersionis seu regenerationis.

Atq[ue] de hac sententia potissimum certamen nobis cum Adiaphoristis est: quo modo illi uarias questiones inter se misceant, nosq[ue] ijs intricare conentur.

Hæc igitur opinio cum non minus impie, quam insulse, conuersionem hominem, partim in gratiam DEI, partim in Arbitrium hominis distrahat, & virtutem Dei detrahat: & tamen Patronos habet non obscuros nec ignobiles: accurritius

## CONFUTATIO ERRORVM

cius paulo & prolixius à nobis confutanda est : idq; declarandum, quod haētenus magno consensu in Ecclesia Dei docuimus, uidelicet, Naturam humanam lapsu Adæ nō modo infirmatam : sed prorsus à Deo auersam eisq; inimicā & Tyrannidi peccati ac Satanæ subiectā esse, ita, ut nō tantum propensa ad peccandum inclinet et feratur : sed peccato prorsus obnoxia & mancipata sit. Etsi enim lapsus Adæ non sustulit ipsam uoluntatem : tamen ex libera seruam, & ex bona malā fecit. Deinde profitemur utrumq; homini non res nato impossibile esse, intelligere aut apprehendere Voluntatem Dei in Verbo patefactam : aut sua ipsius uoluntate ad Deum se conuertere, boni aliquid uelle, aut perficere.

I. Primum enim Scriptura uniuersum genus humanum mortuum, inutile, & à Deo auulsum esse pronunciat. Gene.<sup>6.</sup> & 8. Omnis cogitatio & figmentum cor dis humani prauum est à iuuentute. Psal.<sup>51.</sup> Tibi tantum sum peccator. Iohan.<sup>3.</sup> Quicquid ex carne natum est, caro est.

Item

Item: Nisi quis renatus fuerit, &c.

II. Scriptura, corda omnium mortali-  
um naturaliter lapidea esse dicit; nec ui-  
tium ad paucos restringit: sed in genere  
pronunciat, qualis sit omnium hominum  
Natura. Qualis autem erit cordis ferrei  
à seipso præparatio, donec mirabili con-  
uersione carneum esse cooperit: Iere. 24.  
Ego dabo eis cor, ut sciant me, quia ego  
sum Dominus. Hic promittit, se singula-  
ris gratiæ loco daturum Israëlitis cor, ut  
ab illis cognoscatur, nimirū innuens ho-  
minis mentem tantum in rebus spiritua-  
libus sapere, quantum abs se illustrata fu-  
erit. Iere. 31. Dabo Legem meam in uisce-  
ribus eorum, & in corde eorum scribam  
eam. Iere. 32. Ponam timorem Nominiis  
mei in cordibus eorum, ne declinent à  
mandatis meis. Hic iterum proprium &  
solidum Dei opus esse testatur Prophe-  
ta, Cor nouum creare: ex eorde lapideo  
facere cor carneum: conuertere corda, &  
uera Dei agnitione imbuerere, ut & Ezech  
iel cap. II. & 36.

III. Hoc

CONFUTATIO ERRORVM

III. Hoc ipsum & Christus dilucide confirmat, cum dicit: Quisq; audierit à Patre meo, uenit ad me. Item: Nemo uenit ad me, nisi Pater traxerit eum, Quasi dicat: Nemini patere facultatē ad ueram Christi agnitionem, nisi cui nouam mentem Spiritus sanctus sua illustratione fecerit.

III. Omnia uero clarissime Paulus (2. Cor. 1.2.3.) qui disputationē hanc ex professo ingressus, postquam stulticiæ euaniitatis condemnauit uniuersam hominum sapientiam, tandem ita concludit: Animalem hominem non posse ea percipere, quæ Dei sunt. Stulte igitur tantum intellectus et acuminis homini tribuitus, quo ad Deum et Regni cœlestis mysterium penetrare possit, cum Apostolus expresse dicat: Infatuatam esse à Deo sapientiam huius mundi.

Hoc idem alibi etiam facit, cum in preicatione inquit: Deus & Pater gloriatur uobis Spiritum sapientiæ, & reuelationis. Vbi iterum affirmat, sapientiam et reuelationem esse Dei donum. Quicunq; igitur plus sibi intelligentiæ tribuit: et magis

magis est cæcus, quod cæcitatem suam non agnoscit.

V. Nam sicuti, quo ad intellectum, intam densa caligine & ignoratione Dei versamur, ut ne idonei quidem simus ad boni quicquam cogitandum, tanquam ex nobis: Ita uoluntas etiam nostra ad Dei obædientiam aut ad bonum eligendum prorsus extincta & deprauata est. Id quod Paulus diserte testatur, cum non tantum uolendi facultatem, sed ipsum uelle in nobis effici prædicat, ita, ut non aliunde, quam à Deo sit assensus et obsequium recte uoluntatis. Deus (inquit) est, qui efficit in nobis, uelle et perficere.

Hic Paulus totum Deo uendicat, quod scilicet non tantum uoluntatem nostram adiuuet: sed ipsum uelle & perficie efficiat. Isti uero præter adminiculum, nihil Deo acceptum ferunt: ac dum hominem socium Deo adiungunt, & inter ipsum & nos partiuntur: uirtutem Dei magna in gratitudine imminuunt & extenuant: idq; ad nos transscribunt, quod proprium est Dei opus.

H

Huc

## CONFUTATIO ERRORVM

Huc pertinet illud lere. 31. Faciam,  
ut in præceptis meis ambuletis. Iohann. 15  
Item illud Christi : Sine me nihil poteris  
facere. Et Pauli dictum. 2. Corinrh. 3.  
Non quod idonei simus ex nobis ipsis,  
cogitare quicquam, tanquam ex nobis ip-  
sis : sed sufficientia nostra ex DEO est:  
qui fecit nos idoneos. Huc etiam referen-  
dæ sunt precatio[n]es Davidis Psal. 51. &  
119. Da mihi intellectum, ut discam man-  
data tua. Item : Gressus meos dirige. Si  
enim aliquid petimus à Deo: deesse id no-  
bis palā confitemur: et eo ipso, quo Deus  
promittit, in opie nostrę nos cōmonefacit.

Ipsa etiam Spiritus sancti epitheta,  
& propriūm eius officium, quod in Eccle-  
sia perpetuo exercet, hanc stultam persua-  
sionem excutere nobis debebant. Cur  
enim & Spiritus sanctificationis & Ve-  
ritatis prædicatur, nisi quod hoc solo Du-  
ce & Magistro ad ueram Christi agniti-  
onem perducimur, & in abdita Dei my-  
steria penetramus.

Postremo Augustini etiam testimo-  
nijs confirmare nos possumus : & Anta-  
gonistra,

## DELIBERO ARBITRIO. 50

gonistrarum falsam & superbā opinionē  
euertere. Plurimis enim in locis testatur  
gratiam Dei sic operari in nobis, ut ex  
nolentibus, uolentes faciat. Item laborat  
homines, ut inueniant in nostra uolunta-  
te, quid boni sit nostrum, quod nobis nō  
sit ex Deo : at quid inueniri possit igno-  
to. Sic alibi : Liberam hominis uolunta-  
tē esse negat, quādiu uincētibus & uinciē-  
tibus cupiditatibus subiecta est. Itē : victa  
uitio, in quod cecidit uolūtate, caret liber-  
tate natura. Item, Libero Arbitrio male  
usus homo, et se perdidit et ipsum. Item  
Magnas homo liberi Arbitrij uires, cum  
conderetur, accepit ; sed peccando ami-  
cit. Item, Non attendunt stulti homines  
in liberi Arbitrij nomine sonare liberta-  
tem : Si autem serui sunt peccati : quid se  
de libero Arbitrio iactant ? A quo enim  
quis deuictus est : huic et seruus et addic-  
tus est. Quin etiam alibi palam nomen ip-  
sum ridet : Liberum, inquit, Arbitrium,  
sed non liberatum : liberum Iusticiæ, ser-  
uum peccati.

H. ij His testimonij s eidē ter de nostra ser-  
uitute

## CONFUTATIO ERRORVM

uitute conuicti abijciamus tam superbas  
opiniones: & eo ardenter ad liberatore  
properemus. Si enim soli hi liberi sunt,  
quos Filius liberauit: sequitur alios ser-  
uos ahuc esse peccati.

Fugiamus etiam & detestemur Dog-  
ma eorum, qui argutē philosophantur,  
Mentem & Voluntatem hominis, in con-  
uersione seu renouatione esse σύνεγγος,  
seu causam concurrentem & cooperan-  
tem: cum & Deo debitum honorem eri-  
piat: & (ut Augustinus inquit) suos de-  
fensores magis præcipitet, & temeraria  
confidentia labefactet, quam stabiliat.

Quod autem post regenerationem  
homo per Spiritum sanctum noua luce  
& uoluntate donatus, iam ut templum &  
organum Spiritus sancti Deo obtempe-  
ret, & tunc σύνεγγος Dei appelletur, non  
refragamur: præcipue cum & Paulus  
hoc elogio pios ornet & dicat, nos ad bo-  
na opera esse conditos, quæ Deus præ-  
parauit, ut in illis ambulemus. Et Chri-  
stus alibi nos uelit esse luminaria accen-  
sa, quæ per bona opera alijs ad gloriam  
Dei præluceant.

Non

Non igitur ex hac Confutatione quisq; desidiae occasionem arripere potest. Ita enim de hoc loco differendum esse censemus: ut inter hos duos scopulos media via teneatur: ne aut studium pietatis debilitetur: aut temeraria confidencia Deo suus honos praetipiatur.

## III.

**O** Pinio eorum est, qui contendunt hominem in hac uita integre renouari, & imaginem Dei seu iusticiam originalem plene ac solide in nobis iam restitui & instaurari.

Contra hunc furorem tenendum est, Nunquam ita nos liberari, quin peccati ingo pars nostri obnoxia maneat: nunquam ita instaurari, quin multæ hominis terrenæ lineæ semper appareant: nunquam ita renasci quin de uetusitate aliquid reneamus. Circumferimus enim semper reliquias carnis nostræ, quamdiu corporis huius carcere circundati sumus. Inde conflictus nascitur, & alperrima colluctatio, que pium hominem per totâ uitâ non le-

Hij

uiter

CONFUTATIO ERRORVM  
uiter exercet. 2. Corinth. 3. Nos trans-  
formamur de die in diem ad imaginem  
Dei, &c.

Faceſſant igitur papiftæ & Stenck-  
feldiftæ, qui proterue iactitant, nihil esse  
facilius homini renato, quam Deo per-  
fectam obædientiam & plena obsequia  
præſtare: nihilq; Deum impossibile ho-  
mini præcepisse. Item Oſiandriſtæ, qui  
nimium reliquias peccati originalis ex-  
tenuant, dum comparant essentialē ſu-  
am Iuſticiam mari, & reliquias peccati  
ſcintillæ ignis, &c.

Sed cum hæc doctrina de articulo li-  
beri Arbitrij in noſtra Auguſtana Con-  
fessione, ſubſecuta Apologia, & Schmal-  
kaldensibus Articulis perſpicue & con-  
cinne proposita & explicata ſit; ſtudio  
breuitatis huic diſſertioni non amplius  
immorari, ſed ad prædictam Auguſta-  
nam Confessionem nos potius reſerre  
uoluimus.

## VII.

Confu-

# CONFUTA-

## TIO ERRORVM

Osiandri & Stanckari in Articu-  
lo Iustificationis.

**N**ter omnes Christianæ  
Doctrinæ Articulos uix alius  
est, tum Satanæ, tum rationi  
humanæ intolerabilior, quam  
Articulus de imputatiua Christi Iusticia.  
Satan quidem ei infensus est odio et in-  
uidia nostræ Salutis, utpote qui facile in-  
telligit, se nihil efficere posse suis tenta-  
tionibus de nostri indignitate, prædesti-  
natione, & similibus spectris, quamdiu  
is Articulus purus et incorruptus in con-  
scientijs regnat. Ratio autem humana ip-  
si contradicit, partim ex ingenita propri-  
arum uirtutum & Iusticiæ admiratione  
& confidentia, partim ex notitijs, & ex  
uelata Lege sumptis imaginationibus,  
de merito uitæ æternæ,

H iij

Hinc

## CONFUTATIO ERRORVM

Hinc tam pertinaciter Iustiam pro-  
priorum meritorum defenderunt omnes  
omnium temporum Hypocritæ. Non  
solum illi, qui extra Ecclesiam inter Eth-  
nicos sine Verbo Dei, solius rationis du-  
ctum seuti sunt: uerum etiam illi, qui in  
externa societate Ecclesiæ Verbi DEI  
Doctores & auditores extiterunt. Qua-  
les olim fuerunt apud Iudeos cultores  
Idolorum & cumulatores Sacrificiorum,  
contra uaticinia Prophetarum de sacri-  
cio Christi: item Pharisei rigidi externæ  
disciplinæ obseruatores, contra doctrinam  
Iohannis Baptistarum & Christi de remissio-  
ne peccatorum: Item Pseudoapostoli ur-  
gentes Circumcisionem & Legis opera  
contra doctrinam Pauli de Fide & gra-  
tuita misericordia per Christum parta.  
Hi & similes non agnoscentes origina-  
lem corruptionem humanæ naturæ, nec  
Legis Dei severitatem, qua exigit per-  
fectam obædientiam, Iusticiam in suis uis-  
ribus & meritis collocarunt: & prætex-  
tu Legis, bona opera exigentis, nega-  
runt & damnarunt Euangelium de Fide,

de

de merito, & Iusticia Christi.

Tale præsumptionis contagium,  
post Apostolorum tempora subinde ma-  
gis ac magis creuit: donec Papa illud pro-  
fudamēto totius suæ Religionis arripiēs,  
publicum eius patrocinii suscepit: & ma-  
ximam Christiani orbis partem sub eius  
iugum per fulmen excommunicationis  
redegit, cum inenarrabili multarum ani-  
marum sempiterna iactura.

Et licet subinde aliqui etiam in me-  
dio Papatu admoniti lectione Prophetā  
rum & Apostolorum, acriter huic dam-  
nabili errori restituerunt: tamen tyran-  
nide Papæ subinde oppressi sunt, utpote  
potestate Tenebrarum adhuc dominante  
& Deo impium mundum ob ingratitudi-  
nem puniente: donec tandem iursus ei-  
us calamitatis misertus, per Lutherum,  
tanquam singulare & plane heroicum  
Spiritus sancti organon, huius hæreseos  
atrocitatem patefecit, cunctisq; ob oculis  
posuit: & salutarem Iusticiam Christi  
in Euangeliō monstrauit: & Ecclesiam  
Papæ tyrannide & conscientiarum carni-  
ficina

CONFUTATIO ERRORVM  
ficina liberatam ad lætam fiduciam, spem  
& inuocationem reuocauit.

Cæterum hanc felicitatem Satan nō  
diu Ecclesiæ cōcessit integrum: sed mox  
ē medio coetu instauratæ Ecclesiæ, distor-  
ta & ambitiosa ingenia quorundam exal-  
tauit: quę articulum iustificationis nouo  
fuco et artificio depravarent. Inter quos  
non infimum locum obtinenter Osiander  
& Sanckarus: qui ex Schola Lutheri &  
cœtu ueræ Ecclesiæ prodeuntes, tandem  
utriq; circa articulum iustificationis, fœ-  
dum naufragium fecerunt, & Ecclesiam  
horribiliter turbarunt.

Cum enim Lutherus ex Propheti-  
cis & Apostolicis scriptis, rectam & salu-  
tarem uiam de nostra redemptione & iu-  
stificatione demonstrasset: pronuncians  
Iusticiam & redemptionem nostram, es-  
se opus & actionem totius personæ Chri-  
sti, ita, ut utraq; alteri in una persona con-  
iuncta, simul pro nobis redimendis & iu-  
stificandis laborarit patiendo & uincen-  
do. Ibi Osiander & Stanckarus, mutuo  
certamine de nostri iustificatione, inter se  
congressi,

ēōgressi, ambo ab hac regia & media uia  
deflectētes, & nostrā iusticiam, personæ  
Christi eā derogātes, ad singulas eius na-  
turas perperā detorserunt: atq; ita uterq;  
medios ac debitos limites euagati in ex-  
tremis uitiosis, in excessu uidelicet et de-  
fectu, hæserunt.

Osiander hæsit in excessu, dum nimis al-  
te subuolans, soli diuinitati Christi iustici-  
am nostram tribuit, per eius inhabitatio-  
nem & efficaciam: & cōtra imputatiuam  
iusticiam Pauli nostrarumq; Ecclesiarū,  
seu iusticiam remissionis peccatorum pe-  
nitus uel sustulit, uel certe cōtempsit, &  
pedibus cōculcauit. Quod ex hisce eius se-  
rētijs manifeste apparet. Nam propositio  
ne 73. suæ disputationis de iustificatiōe in  
quit: Glacie quoq; frigidiora docēt, qui-  
cūq; docent, nos tantū propter remissio-  
nem peccatorum reputari iustos. Item in  
Confessione: Hypocritæ docent nostram  
iusticiam esse nihil aliud, quam quod De-  
us nos pro iustis habet, etiam si simus pec-  
catores, & nostrā iusticiā esse extra nos. I-  
tem in cōfutatione prioris scripti Philip-  
pi

## CONFUTATIO ERRORVM

pi dicit : Deum nec uelle nec acceptare ullam aliam Iusticiam, quam suam propria & essentialiem. Item negat, nos posse probare ullis Scripturæ testimonijs, remissionem peccatorum esse Iusticiam nostram. Item, Christi essentialis Iusticia, est nostra Iusticia, non remissio peccatorum. Et huius generis innumera testimonia in hoc & alijs ipsius Scriptis reperiuntur.

Sed facile erroris conuincitur, uel solis his duabus rationibus : Primo quod pugnat contra usum, finem aut officium assumptæ carnis. Si enim Diuinitas nuda & sola nos iustificare potuisset, uel uoluisse, quorsum opus fuisset assumptione carnis ? Deinde pugnat etiam contra ipsam naturam nostræ Iusticiæ, quam Deus per suam Legem in nobis severiter flagitat : ad quam propter iustum Dei iram contra peccatum requiritur perfecta impletio & obædientia Legis in agendo et patiendo. Diuinitas autem non patitur, nec mori potest. Ergo Diuinitas in Mediatoris officio sola non iustificat : sed necessitate fuit ei adiungi etiam humanitatem,

ut

ut sic tota Persona peccatum & iram Dei  
expiaret sanguine & morte sua,

Etsi igitur diuinitas Christi, quantum  
pertinet ad efficaciam & uictoram, ne-  
cessario requiritur ad parandam nostram  
Iusticiam: tamen sine humanitate patien-  
te & moriente nequaquam illam perfis-  
cit. Deus enim nostris peccatis offensus,  
noluit placari sine persolutione sufficien-  
tis, & æqualis precij, mere uiolenta subla-  
tione peccati & supplicij: sed humili pas-  
sione supplicij, qua eius legali Iusticiae, i-  
ræ, ac uindictæ contra peccatum satisfie-  
ret. luxta illud Matth. 5. Non ueni solue-  
re Legem, sed implere. Atq; hic quidem  
est error Osiandri, contra Articulum lu-  
stificationis hærens in excessu.

## DE ERRORE STANCKARI.

**S**Tanckarus econtra hæsit in defe-  
ctu, dum nimis profunde descendens  
soli humanitati Christi nostram Iusticiam  
adscrit.

## CONFUTATIO ERRORVM

adscribit. Humanitas enim Christi sola, licet sancta & iusta : tamen sine auxilio diuinitatis, nequaquam suffecisset acquisirendæ nostræ Iusticiæ. Nam non sola potuisset grauitatem immensæ iræ Dei contra nostra peccata, nec violentiam nostrorum hostium, Mortis, Inferni, ac Satanæ sustinere: sed oppressa onere succubuerat, nisi Diuinitas ipsi hypostatice seu personaliter adiuncta tum sustentasset patientem humanitatem, tum illa mirabili coniunctione præstantiā meriti, sacrificij, & mediationis, infinito cumulo auxisset. Quemadmodum passim in Scriptura testantur tristissimæ eius querelæ in patiendo, & lugubres gemitus pro liberatione & iustinatione, ueluti Psal. 22. Deus, Deus, respice in me, quare dereliquisti me? Exaruit tanquam testa uirtus mea. Psalm. 69. Saluum me fac Deus, quoniam usque ad animam meam intrauerunt aquæ, & non est substantia.

Omnino igitur necesse fuit, succurrere Diuinitatem auxiliatricem: quæ sua omnipotentia humanitatem Christi subintolerans

intolerabili ira Dei trepidantem, sudantem sanguinem, morientem & descendētem ad inferos sustentaret, liberaret, & ad immortalem uitam & æternam gloriam eueheret. Sicut Petrus testatur, Act. 2 inquiens, Quod DEVS, id est, diuinitas Christi, quam habet communem cum Patre & Spiritu sancto, ipsum resuscitauerit solutis doloribus mortis. Sicut ipse Christus fatetur, Esaiæ 63. inquiens: Circumspexi, & non erat mihi auxiliator, ideo brachium meum fecit mihi salutem. Similiter Iohann. 10. iuxta hanc diuinitatem gloriatur contra mortem, inquiens: Ego ponō animam meam, ut iterū summa ipsam Nemo tollit eā à me: sed ego pono ipsam à me ipso. Potestatem habeo deponendi eam & potestatem habeo iterum sumendi eam, id est, subire mortem, & redire ad uitam propria potentia, id quod possibile est soli Diuinitati, &c.

Est igitur Christus nostra iusticia, non iuxta solam Diuinitatem, utpote nimis sublimem & præpotentem, nec ad Sacrificium Passionēque satis idoneā: Nec iuxta

CONFUTATIO ERRORVM

iuxta solam humanitatem, utpote nimis  
humilem, fragilem, & ad æquivalens pre-  
cium peccati totius mundi minus suffici-  
entem: Sed iuxta utrasq; pariter Natu-  
ras, humanam & diuinam, in unam Perso-  
nam indissolubili fœdere inseparabiliter  
iunctas: & pro nobis in integrum restitu-  
endis laborantes, sicut testantur hæc dicta  
Esaïæ 7. Nomen eius erit Emanuel, hoc  
est, nobiscum Deus, uel Deus unitus &  
associatus homini in unam Personam, &  
ita pro nobis redimendis contra hostes  
in aciem collocatus. Iere. 23. Germen Da-  
uid & Iehoua erit Iusticia nostra, &c. Esa-  
ïæ 43. introducitur ipse Deus alloquens  
Genus humanum: Mihi laborem fecisti  
peccatis tuis.

Hinc & Irenæus pagina 185. inquit:  
Sicut homo erat, ut tentaretur: sic & Ver-  
bum erat, ut glorificaretur. Item Vigilia  
us inquit: Talis hostia requirebatur, qua  
ita media esset inter Deum & homines,  
ut & morti succumberet per illud, quod  
hominis habebat: et mortem uinceret,  
eo, quod Diuinitatem in se tenebat.  
Nequa-

Nequaquam igitur Osiandrico mo-  
re Iusticia nostra Christo attribuenda est  
per communicationem Idiomatum, sicut  
aliae actiones, quæ sunt Vni duntaxat na-  
turæ propriæ, ueluti Creatio, A Eternitas,  
Passio, mors, etc. Sed realiter iuxta utrāq;  
Naturā. Siquidē utrāq; Natura simul est  
occupata, altera quid nascendo & pati-  
endo: altera uero Passionē potenter uin-  
cendo. Hinc Paulus Phil. 2. dicit, Quod  
licet Christus fuerit in forma Dei, & po-  
tuerit uno nutu & ictu Satanam profliga-  
re, & de omnibus hostibus triumphare,  
& nos in integrum restituere: Quemad-  
modum mundum uno Verbo creauit: ta-  
men non duxit suam Diuinitatem rapi-  
endam ad tam uiolentam nostri liberati-  
onem: sed exinanivit seipsum, non exer-  
cendo uitres suæ Diuinitatis, & in forma  
serui subiçiendo seipsum supplicio mor-  
tis, &c.

Recte etiam Iohannes Baptista di-  
cit, Non ipsum Deum, sed Agnum Dei,  
tollere peccata mundi, & restituere Iusti-  
ciam.

## CONFUTATIO ERRORIS

ciam. Item Paulus Rom. 5. diserte pronunciat nos fieri iustos non sola effigie, uel uiolenta potētia diuinitatis Christi: sed eius humili obædientia. Dicitur enim: Quemadmodum per inobædientiam unius hominis peccatores constitutis sumus multi: ita per obædientiam unius Iusti constituentur multi. Item Acto. 20. Deus acquisiuit Ecclesiam sanguine suo Item i. Iohann. ii. Sanguis Christi peregit nos ab omnibus peccatis.

Ex his omnibus liquidò patet, nec Osiandrum, nec Stanckarum ueram afflitioni & errare in duabus extremis, excelsu & defectu, dum eam in singulis naturis Christi quærunt ac collocant ubi econtra regiam & medium uiam in Scriptura monstratam, in utraque Natura uni Personæ coniuncta, pios omnes sequi & amplecti oportet.

Verum quoniam non leuis adhuc cura de errore Osiandrico Ecclesiam Dei premit & excruciat: nec hæc omittenda,

da, sed omnino recensenda & præmonen-  
da sunt. Hunc scilicet errorem non tan-  
tum à Verbo Dei, quod supra ostensum  
est, alienissimum esse: sed etiam à Con-  
fessione Augustana, Apologia & Schmal-  
kaldicis Articulis, inde apparet, quod  
nulla usquam in nostra Augustana Con-  
fessione, Apologia, & Schmalkaldicis Ar-  
ticulis, de essentiali aut substantiali Iusti-  
cia nos iustificante mentio facta sit: sed  
sola imputatio meriti Christi, & remissio  
peccatorum pro nostra Iusticia docetur  
& inculcatur.

## VIII.

# CONTRA-

## ERROREM MAIORIS,

quod bona opera necessaria  
sunt ad Salutem, eiusq[ue] ad h[ab]e-  
rentium & con-  
iunctorum.

Iij Error

## CONFUTATIO ERRORIS



**R**ROR Maioris eiusq;  
adhærentium & coniuncto  
rum catenus cum præcedē-  
ti Osiandri & Stanckari cō-  
gruit , quod plane ad ean-  
dem cum ipsis metam tendit,in corrump-  
endo & depravando Iustificationis ar-  
ticulo : discrepat autem Maior ab illis  
modo ac via, quam in extruendo suo er-  
rore sequitur. Illi enim suam imposturam  
contexunt adulteratione causæ efficien-  
tis, dum iusticiam nostram assignant nō  
toti personæ Christi,iuxta utramq; simul  
Naturam operantis merito & efficacia  
sed alterutri duntaxat eius Naturæ, ita, ut  
una tantummodo & sola iusticiam no-  
stram producat : altera nihil ad eam con-  
ferente.

At Maior, licet concedat, totam per-  
sonam Christi esse ueram causam effici-  
entem iusticiæ nostræ : tamen aliud cu-  
niculum suffudit seu rimam agit, struitq;  
insidias depravatione cause formalis seu  
materialis. Vera enim materialis seu for-  
malis

malis causa iusticiæ nostræ nulla alia est, quam perfecta impletio & obædientia Legis, à sola Christo obædiendo & patiendo præstita, & sola Fide apprehensa, tanquam meritoria & necessaria ad Salutem. Hanc Maior multipliciter uisitat & contaminat falsis sententijs et impijs Propositionibus de necessitate bonorum operum ad Salutem: quas tempore Intermistico à Papistis, Interimistis & Adiaphoristis mutuatus est. Horum igitur saltem præcipuas aliquot ex eius Scriptis recensebimus & breuiter refutabimus.

## I.

**P**RIMUM arripuit has Propositiones palam & mordicus tuendas, ut appareat in libro anno Ll. edito contra Amsdorffium, Item in Sermone de Conversione Pauli.

Bona opera sunt necessaria ad Salutem.

Nemo unq; sine bonis operibus salvatus est.

Impossibile est quenq; sine bonis operibus saluari. Iij Has

## CONFUTATIO ERRORIS

Has Propositiones uarijs rationibus & glossis pingit, & palliat: quarum aliquæ latet in speciem uerisimiles: aliœ autem palam impiæ & falsæ sunt nimirū, ut prætextu ueri similiū falsas videntur atq; obtrudat. Veritatis speciem hoc commento præbet, quod passim seipsum declarans scribit: se bona opera ad Salutem necessaria docere, non tanq; meritū sed tanq; fructum & effectum, necessario comitantem illos, qui fide consecuti sunt Salutem.

Ad hanc glossam Maior ubiq; provocat tanq; euidentis testimonium suæ integratatis contra suos Antagonistas: qui ipsum Papistici fermenti accusant: sed hoc prætextu nequaquam elabi potest. Etsi enim prædicta eius glossa uera & non simulata esset: tamen quia ea abutitur ad scandalam & stabiliendam formam loquendi, simpliciter falsam & Papisticam: dein de quia sine omni necessitate & ratione conatur hanc falsam Propositionem prætextu glossæ ueri & sani sensus pusillis Christi obtrudere: ideo non effugit culam

pam proditæ Veritatis & Intermisticæ  
collusionis.

Pugnat enim eius glossa ex diametro  
cum ipsa Propositione, quæ meritum ex-  
cludit, quod tamen Propositio includit.  
Siquidem, omnium linguarum usu & te-  
stimonio, illud, quod ad aliquam rem ne-  
cessarium requiritur non tantum intelli-  
gitur de causa sine qua non (quæ ipsa hic  
locum non habet) quod absq; ea res con-  
sistere nequeat: sed etiam de causa effici-  
ente, instrumentalí, formalí, & materialí,  
quod illam rem efficiat, constituat & co-  
seruet. Sicut Architectus securis, ac igna  
necessaria sunt ad structuram domus.

Dicere autem bonos fructus & ef-  
fectus esse necessarios ad bonam arbo-  
rem: aut effectum ad causam efficientem,  
nullius linguae proprietas admittit: & ip-  
se quoq; ordo naturæ sic dicere prohibet  
& reclamat: sed potius contrarium, uide  
licet, quod bona arbor sit necessaria, ad  
bonos fructus. Sic recte dicitur, Salutem  
& Iusticiam esse necessariam ad bona ope-  
ra: quandoquidē (teste Iohanne i. Cap. 3.)

## CONFUTATIO ERRORIS

**S**olus ille, qui est iustus, iusta facit: sed non econtra recte dicitur, Bona opera esse necessaria ad Salutem. In tali enim oratione ordo rerum & causarum inuertitur: fructus ante arborem, & bona opera ante Salutem seu bonum operatorem collocant.

**E**st igitur hic primus error Maioris severissima reprehensione dignus. Quia praetextu uerorum glossematū pingit & inuehit Papisticas, ambiguas, flexilis, quas, insidiosas & periculosas formas loquendi. Si enim huiusmodi lusibus glossatum in Ecclesia Dei locus concedetur: ipsius etiam Porphyrii, Arii, & simili um hæreticorum blasphemā & portentosa deliria astute excogitatis coloribus pingi & excusari possent.

## II.

**S**ecundo. Quia errore (ut dicitur) nihil est fœcundius, ita, ut semper error errorem pariat, & suum defensorem subinde magis magisque demergat & contagione iniciat: idem Maiori quoque usu uenit.

uenit. Suscepto enim semel patrocinio fle-  
xiloquæ & Papistice Propositionis de ne-  
cessitate operū ad Salutē : violentia eius-  
dem eo tandem abripitur, ut palam impia  
& papistica profiteatur: & suas ipsius glo-  
fas superius positas de excluso merito o-  
perum euertat, damnet, & seipsum turpis-  
sime contradictionibus implicet.

Sequens igitur error, quem ex defen-  
sione supra dictarum propositionū, qua-  
si quodam uenenato cōtagio hausit, pug-  
nat contra principalem usum Fidei & ap-  
plicationem meriti Christi ad nos. De ea  
enim hactenus communis Catholicæ Ec-  
clesiæ cōsensus ex sacra Scriptura & Au-  
gustana Confessione fuit: Quod meritū  
Christi sola Fide apprehendatur & appli-  
cetur. At Maior in dispositione sua su-  
per Cap. 10, ad Rom. expresse eam appli-  
cationem tribuit, non tantum Fidei, sed  
etiam Confessioni,

Quo quid absurdius & perniciosius  
singi potest: Perinde ac si quis ab alio por-  
rectum thesaurum accepturus tendat ad  
ipsum, non tantum manum, sed exerat e-  
tiam

CONFUTATIO ERRORIS.

etiam linguam, quasi ea cum manu ad idem officium sit destinata. Parvissimo multo maiori cum absurditate Maior Fidem et Confessionem in applicatione meriti Christi ad nos conglutinat, cum tamen sint diuersissima.

Fides enim proprie est mere Dei in nobis opus, & singularis motus à Spiritu sancto in hunc principalem finem conditus et excitatus, ut esset nobis quasi manus quædam mendica, quam ad Deum porrigeremus : & ab ipso Christum una cum suis thesauris in Verbo excipemus : sicut infinita Scripturæ testimonia restantur. Matth. ultimo: Qui crediderit saluus erit. Item Esaiæ 53. Scientia sui iustificabit multos. Iere. 5. Domine, oculi tui respicient fidem. Habacuc 2. Iustus sua Fide uiuet. Rom. 3. Statuimus hominem iustificari Fide, sine operibus, &c.

Confessio autem est Fructus Fidei: quia nihil salutis à Deo accipimus: sed ante sola Fide acceptam ore confitemur, & Deum celebramus, iuxta illud Psalmi 116.  
Credidi propter quod locutus sum, &c.

Quin

**Quin ipse quoqe Maior ui** Verita-  
**tis coactus aliquoties in suis Scriptis af-**  
**firmsat: sola Fide nos iustificari, & sola Fi**  
**de beneficia Christi nobis applicari, &c.**  
**Et mox suipius oblitus, assuit ei Confes-**  
**sionem: & ipsam in eodem usu applican-**  
**di ad nos meriti Christi cum Fide collo-**  
**cet: atqe ita fenestram aperit singendi in-**  
**finita media applicatoria, qualia in Papa-**  
**tu uiguerunt, ueluti Missæ, Peregrinati-**  
**ones, Intercessiones mortuorum, &c.,**

## III.

**T**ertio, post depravatam applica-  
tionem meriti Christi ad nos, & fal-  
so Confessioni pariter ac Fidei communi-  
catam, transit tandem ad Papistica Enco-  
mia bonorum operum, ut Pharisaim  
præsumptionem confirmet. Laudat enim  
bona opera non more Scripturæ usitato:  
sed alio duplice & plane Papistico modo:  
tum quod pars sint nostræ Iusticiæ corā  
Deo: tum quod causa retentiua sicut ac-  
ceptæ Salutis.

Prius

CONFUTATIO ERRORIS.

Prius Encomium liquido patet ex definitione iusticiæ: quam ponit in Dispositione sua in decimū caput ad Rom. Iusticia (inquit) est Verbum de Filio Dei incarnato & crucifixo habere in corde: in eo lætari, acquiescere: id ore profiteri & propagare: & propter hoc Verbum omnia extrema etiam mortem sustinere & pati.

In hac definitione & Dictis adiuntur etis evidenter in substantiam Iusticiæ collocat opera nostra, et opera Christi (tametsi horum admodum obscure & tenuiter mentionem faciat) perinde quasi unā & eandem Iusticiam constituant: cum tam men longius à se inuicem distent, quam cœlum à terra: imo extreme inter se pugnant, usq[ue] adeo, ut prorsus impossibile sit, ea coniunctim in eadem sede, id est, in foro Articuli Iusticiæ morari.

Ibi enim sola obædientia Christi totum dominium occupat: & nostram Iusticiam omnibus numeris, absolutam reddit, iuxta eius testimonium Iohann. 15. Iusticia est, quod uado ad Patrem. Cum quo Christi

Christi dicto prorsus et ad amissim' con-  
uenit & illud Pauli ad Galat. Si ex operi-  
bus est iusticia: frustra Christus est mor-  
tuus. Idem enim penitus est Christi  
transitus ad Patrem, quod mors seu Pas-  
sio, &c. Item Esaiae 51. Gloriatur de tali lu-  
sticia, quod omnes illos, qui ea nitantur,  
durabiliores reddat cœlo & terra: & cōser-  
uet contra desperationem. Salus mea (in  
quit) durabit, & iusticia mea nunq̄ defi-  
ciet. Esa. 45. Apud memetipsum iurauit  
immutabiliter, Quod omne genu sit mihi  
flectendum: & omnis lingua sit iuratu-  
ra: In Domino est mihi iusticia & forti-  
tudo.

In his & similibus dictis iubet Filius  
Dei suam obædientiam sola Fide ap-  
prehensam iudicio Dei opponere, tanquā  
perfectissimā iusticiam: nec humana ope-  
ra ei admiscere. Alioqui enim tota amittit  
ur. Hinc Apostolus Paulus passim in  
suis Epistolis, præcipue autem ad Roma-  
nos & Galatas, per antithesin argumenta-  
tur: Si ex operibus prouenit iusticia:  
Christus frustra mortuus est. Item Gala. 3.

Quot.

## CONFUTATIO ERRORIS

Quotquot ex operibus Legis sunt : Malitia obnoxij sunt. Item: Si gratia salvamur : Ergo non ex operibus : alioquin Gratia non esset Gratia etc.

Nec Fides nostra duabus pariter columnis, nostris uidelicet & Christi operibus simul niti & acquiescere potest : sed distrahitur & uertitur in dubitationem, iuxta illud Pauli ad Rom. 3. Ideo ex Fide ut sit firma Promissio.

I. Est igitur prouersus falsum & impium Encomium Maioris de operibus, cum ea in definitione Iusticiæ coniungit cum operibus Christi. Hoc enim pacto honoré Iusticiæ & Salutis, soli obædientiæ Christi debitum, communicat operibus nostris : & Fidem nostram distrahit, partim in Christū, partim in nos ipsos. Quid obsecro magis Papisticum & idolatricum dici potest ?

II. Porro non minus impium quoq; est alterum illud bonorum operum Encomium : ubi eis tribuit uim retinendæ Salutis : sicut patet ex eius Sermone de conversione Pauli B.3. Cum tamen retentio nostræ

Nostræ Salutis æque sit opus solius Christi in nobis: ac ipsa acquitatio. Sicut enim ille solo merito suo fide nostra apprehensio nos iustificat & saluat: Ita deinceps iustificatos & saluatos contra carnis & Satanæ tentationes Spiritu sancto gubernat & corroborat in Fide, inuocatione, et noua obædientia, iuxta hæc dicta, Philip. 1. Qui inchoauit in nobis opus bonum: idem quoq; perficiet, usq; ad diem Christi. Item 1. Petri 1. Virtute DEI custodiamur per Fidem ad Salutem, &c.

Nisi enim filius Dei cum Patre & Spiritu sancto suam mansionem in nobis faciens, & tanq; inuicium caput nos sua languida membra subinde repararet, & graffantem Diabolum reprimeret: certe nullo momento acceptū donum uitæ æternæ retinere possemus, iuxta illud Esaie 40. Ipse dat lasso uitutem: & cui non sunt uires, multiplicat robur. Fatigabuntur pueri & deficient. & iuuenes impingēdo labentur: Expectantes autē Dominū renouabunt uires; & renalentur  
eis

CONFUTATIO.

eis pennæ instar aquilarum: current &  
non fatigabuntur: ambulabunt & non  
deficient.

Ad retentionem Salutis pertinet  
etiam perpetua illa remissio peccatorum,  
propiciatio, & Dei placatio. Sic enim de-  
mum in Christo permanemus aut consi-  
stimus: si nulla nobis est condemnatio,  
seu si perpetua Christi propiciatione pec-  
cata nostra tolluntur aut abolentur. Sic  
enim inquit David: Si peccata obserua-  
ueris Domine, Domine, quis consistet?  
Quia igitur Dominus peccata non obser-  
uat, coram facie omnipotentis Dei, seu  
igne illo omnia consumente, umbraculo  
Mediatoris protecti consistere & perma-  
nere possumus.

Errat igitur gravissime Maior hac  
quocq; in parte, quod, tribuendo bonis o-  
peribus uim conseruatiuam accepta Sa-  
lutis, abducit pios ab assidua Christi im-  
ploratione pro perpetua remissione pec-  
catorum, pro confirmanda Fide, & con-  
seruanda Salute, ad superbam præsump-  
tionem, et confidentiam de proprijs ope-  
ribus

tibus ac donis, contra illud Pauli 2. Cor.  
1. Ne collocemus fiduciam in nos ipsos:  
sed in Deum, qui mortuos exuscitat.

Ex enumeratis igitur crassis hisce  
longeçp; grauissimis erroribus liquido pa-  
tet, quam parum synceri sensus Maior in  
Articulo Iustificationis reliquerit: & qua-  
rum Papistas contra nos armauerit, dum  
eandem cum ipsis formam loquendi u-  
surpat: & glossemata propositionibus  
contraria assuit: applicationem meriti  
Christi, quæ soli Fidei proprie est, ad con-  
fessionem quoçp; transfert: denicçp; miscen-  
do in definitione Iusticiæ nostras virtu-  
tes, Christum debito honore defraudat: &  
conscientias, uel in Pharisaicam hypo-  
crisim & Papisticam præsumptionem: uel  
etiam contra in Cainicam desperatio-  
nem præcipitat.

Horum tam horribilium malorum  
cum suo impio dogmate author existat:  
non tamen ueretur palam gloriari, se nū-  
quam à sana Doctrina discessisse: sed sem-  
per nauasse præclaram operam in prohi-  
benda carnali licentia, uel prophana secu-  
ritate

ristate & accendendo studio bene operan-  
di. Nō autē uidet, de quibus hactenus in  
enarrabilia & atrocissima mala, quae sub  
speciolo isto prætextu, in immensum cu-  
mulat: uidelicet quod Articulum Iustifi-  
cationis nefarie corruptit: Euangelium  
transformat in Legem: Christo debitum  
honorem eripit: Papisticam præsumptio-  
nem ac confidentiam operum confirmat  
indignis autem, peccatoribus & territis  
conscientijs omnem consolationem am-  
putat & adimit, easq; ad desperationem  
adigit.

Hæc mala infinitis modis sunt graui-  
ora quam carnalis securitas: quam tamē &  
ipsam omnes orthodoxi Euangelij docto-  
res acerrime taxant, sed diuerso modo.  
Quid enim contra securitatem grauius  
dici potest, quam hæ uoces: quas in omni-  
bus concionibus ac scriptis sonamus: ui-  
delicet, quod illi, qui carent proposito re-  
cte agendi, & laxant freна cupiditatibus  
contra conscientiam, careant uera Fide,  
uel, si quam habuerunt, amiserint: sint spi-  
ritualiter mortui: destituti Spiritu sancto:  
agitati

gitati à Satana , & obnoxij corporalibus  
 & æternis pœnis, &c. Quē hæc horribilia  
 conitrua nō deterrēt à carnali licentia, &  
 accendant ad nouam obædientiam : hinc  
 nunc Maioris Papisticæ propositiones  
 de necessitate honorum operum moue-  
 bunt & emendabunt.

Non solum autem cum Verbo Dei  
 pestilens hic error pugnat, ut hactenus a-  
 bunde ostēsum est: sed etiam à nostris Ec-  
 clesijs toto tempore instaurati Euange-  
 lij præsertim autem anno 36. & deinceps,  
 cum quidam eum astute ex Papatu resti-  
 luere coharentur, damnatus & reiectus  
 est. Quin & Augustana Confessio & A-  
 pologia non obscure hunc errorem eo ip-  
 so damnat: quod cum multa de gratuita  
 acceptatiōe & bonis operibus dicat: eacq  
 omnia studiose consecetur, quæ Adver-  
 sarios nobis æquiores redderent: hanc ta-  
 men propositionem Monarchis & Ad-  
 versarijs longe exoptatissimam nusq  
 uel nutu ponit, afferit, aut saltem subina-  
 dicat.

IX.

K. ij

Confus.

CONFUTATIO

CONFUTA  
TIO ADIAPHORISMI.



INTERVEROS

cultus, quos & Deus omnium maxime probat, & quibus honore afficitur, non postremum locum obtinet constans, libera,

& ingenua Euangeli Confessio, segregata ab omni foco, dissimulatione, aut collusione cum hostibus: præsertim eo tempore, cum Tyranni uel vulpina uersutia, uel lupina uiolentia doctrinam Christi aut corrumpere, aut opprimere & delere conantur. Tunc enim omnium maxime cum ad gloriam Dei, tum Ecclesiæ ueritatis confirmationem necessaria est Confessio: sicut testantur haec Christi dicta & seueræ comminationes, Matth. 10. Qui cuncti me coram hominibus confessus fuerint, &c. Item Marci 8. Quem puduerit mei, &c. Et Ebrea 13. Offeramus per Christum

stum iuge Sacrificium laudis: quod est  
fructus labiorum contentium Nomen  
eius. Et Matth. 23. Ea necessitate postula  
tur Confessio, ut hominibus eam omit-  
tentibus, lapides in ipsorum locum subi-  
re oporteat. Nullū igitur nec maius nec  
atrocius scelus est & indignius homine  
Christiano, quam tali tempore Confessio  
oneim uerae Doctrinae uel abijcere uel oc-  
cultare: aut insuper fucosas impiasq; con-  
ciliaciones & collusiones cum hostibus i-  
nire, & suscipere.

Quia uero talis Confessio plerunq;  
cum maximis et grauissimis periculis co-  
iuncta est: & naturaliter omnes otium,  
tranquillitatem, & securitatem animamus:  
fieri solet, ut, ingruente aliqua persecuti-  
one, homines politici & sapientes, cum  
de suis corporibus & facultatibus magis  
quam de Ecclesiae ueritatisq; salute an-  
guntur, Religionem ad uoluntates homi-  
num inflecti cupiant & patiantur: & in-  
tere adelicias sibi faciunt, quasi haec incli-  
natio ad hostes, quæ admittitur in rebus  
externis & sua natura Adiaphoris, nul-

CONFUTATIO.

Iam Ecclesiæ Christi cladem aut perniciem afferre queat.

Ita noltra ætate, cum Augustanum illud Decretū (quod vulgo INTERIM vocant) ab hostibus Euangeli concinnatum & promulgatum esset, passim ad Ecclesiæ internacionē & Papatus instauracionē obtrudetur, additis severissimis edictis & comminationibus: multi prorsus his minis de sua pristina constantia & firmitudine ita deieci sunt ut uitandi periculi causa, quod tum grauissime impendere videbatur, Idolo artificiose conflato se prosternerent & subiicerent.

Alij uero, & hi quidem non obscurineq; ignobiles, imo autoritate & donis præcellentes, quos Deus tanq; duces & Antesignanos in prima acie collocarat, hanc uiam inibant, ut neq; in totum reij; cerent, neq; prorsus approbarent. Mediā igitur uiam, ut tuissimā eligentes, ita censebant itaq; differebant: Consultius esse aliquarum Cæremontiarum mutationem suscipere, & simulate fucosas conciliatio-

nes

nes cum hostibus int̄ire: quā hostem plus  
satis antea s̄eum & incitatum grauius  
exasperare; aut Stoica, ut ipsi aiebant,  
pertinacia uastitatem & solitudinem Ec-  
clesijs & Rebus pub. accēsere.

Atq; hoc fulmine tunc terrebaunt &  
dementabant multos, ita, ut uererentur  
nisi aliqua fieret in gratiam hostium Cæ-  
remoniarum immutatio, quæ obædiens-  
tiæ & concessionis speciem præberet;  
certissimam ac præsentem & Scholis &  
Ecclesijs imminere uastitatem: Docto-  
ribus & Pastoribus Ecclesiæ una cū par-  
vis liberis & coniugibus exilium & pau-  
lo post Hispanicam Tyrannidem ubiq;  
in Germania regnaturam esse.

Ad auertenda igitur hæc incommo-  
da, & ad retinendum mediocrem Eco-  
clesiæ Statum, ad sedandam etiam hostis  
sæuitiam, seruitutem potius aliquam Re-  
ligionis subeundam & tolerandam esse  
ducebant & suadebāt: quā inconsiderato  
zeli feruore nouos motus concitare: & se  
& alios in summum discrimen adducere:

K iiiij totis

## CONFUTATIO

totiusq; Religionis iacturam facere.  
 Hinc tot conuenticula, inquisitio-  
 nes, deliberationes, & nouæ Reformatio-  
 nes hic illic tentatæ sunt: quarum aliquæ  
 etiam in lucem prodierunt. Et quia quo-  
 rundam Principum & Præceptorum au-  
 thoritate fuerunt ornatae & extuctæ,  
 multisq; fucis & pigmentis coloratae,  
 maximamq; securitatem amplectentibus  
 promiserunt: maiorem etiam ruinam sc-  
 cum traxerunt.

Hanc foedam collusionem & impi-  
 as consultationes cum manifestis hosti-  
 bus, hocq; Philosophicum & politicum  
 commentū, quo simul & Deo & Tyran-  
 nis fucum facere uoluerunt, & reuera Ve-  
 ritatem abnegarunt, insectamur: quoties  
 in Adiaphorismum inuehimur.

His etiam contradicere & repugna-  
 re pīos omnes oportet, etiam si fractus il-  
 labatur orbis: donec communi consen-  
 su & publica testificatione eorum, qui se  
 Augustanæ Confessionis socios & affer-  
 tores profitentur, & his consilijs non tan-  
 tum interfuerunt, sed etiam præsuerunt  
 hæc

hæc deliria confutent. Grauissimis ergo rationibus & argumentis ex verbo DEI sumptis, quorum præcipua nunc sequuntur, adducimur, ut ea diluamus & reprehendamus.

I. Primum, Necesse est eruditæ Ecclesiæ de rebus controversiis, & discerni inter confita, quæ ante Tyrannicam in Ecclesiæ Christi irruptionem ab Architec-  
tis Adiaphoricarum corruptelarum, sus-  
perstite Luthero, pījs Ecclesiæ Nutricijs  
ex Verbo Dei proposita sunt, à consulta-  
tionibus Adiaphoricijs: quæ postea rebus  
aliter stantibus susceptæ sunt.

At summa consilij ante motum bel-  
lum in deliberationibus publicis hæc e-  
rat: Non esse faciendam mutationē Cæ-  
remoniarum in gratiam Aduersariorum  
Euangelij, nisi prius factio cum eis funda-  
mento, Hoc est, stabilito consensu de pu-  
ritate doctrinæ & de legitimo usu Sacra-  
mentorum.

Huius consilij & fontes & causæ red-  
debaruntur, ut quod Iohannes in Epist. 2. in-  
quit: Si quis hanc Doctrinam non affert,  
ne

C O N F U T A T I O N A

ne dixeritis ei Ave. Qui enim ei dicit, Ave, communicat operibus eius maliginis.  
2. Corinth 6. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio Iustæ  
cæcum iniquitate: aut quæ societas Luciferi cum tenebris? Quæ conuentio Christi  
cum Belial? Quæ pars fidei cum infide  
li? Quis autem consensus templo Dei cu  
Idolis? Psal. 1. Beatus vir, qui non abiit in  
consilium impiorum, & in via Peccatorum  
non stetit, & in cathedra Derisorum non  
sedet. Psal. 26. Non sedebo cum Concilio  
vanitatis, & cum dolosis non conuertere  
Odi Ecclesiam malignantium & cum im  
pijs non sedebo. Huc afferebatur & dicendum  
in Apocalypsi de non recipiendo charia  
Ctere Bestiæ, id est, de uitanda collusione  
cum hostibus Euangelijs, & de sejunctione  
ueræ Ecclesiæ ab Aduersarijs.

II. Secundo. Consentientibus etiam a  
nimis & linguis docebatur: In casu con  
fessionis Cæremonias non amplius esse  
Adiaphora: & nihil, utcunq; paruum, ad  
mittendum esse, quod aut Confessionem  
obscu-

## ADIAPHORISMI.

obscuraret: aut libertatē Ecclesiæ sāgu  
ne Christi partā quoquo modo imminue  
ret. Item, Non negligenda esse parua ini  
tia: quibus paulatim postea maiores fie  
rent accessiones.

Huc afferebatur uox Marci Arethu  
sij: qui ut apud Theodoretum extat, dix  
it: Ad impietatem conferre uel obulum  
unū, perinde est, ac si quis cōferat omnia

Item exempla Danielis & Eleazaris  
quæ declarant, ex paruis sāpe magnarū  
momenta rerum pendere. Et si enim per  
se & suo genere Adiapharon erat, recita  
re precationem fenestrīs coenaculi siue a  
pertis siue clausis: tamē Daniel apertis fe  
nestrīs preces suas recitauit: ne uideretur  
impio Regis Edicto parere & obædire,  
quod ueram Dei iuuocationem impedi  
bat. Ac maluit Daniel inter Leones ab  
īnci, quam gestu aliquo præ se ferre obæ  
dientientiam erga regium Edictum, pug  
nans cum secundo Praecepto de iuuoca  
tione & Confessione.

Sic Eleazarus maluit ab hostiis  
interfici

## CONFUTATIO

intersici, quam uideri tantum uesci carne  
suilla. Quia nō hoc agebatur à satellitibus  
Antiochi, ut tantum uiolaret Legem de  
ciborum discrimine : sed ut ipso facto  
ostenderet, se à tota Lege defecisse : &  
Religionem Ethnicam amplexum esse.  
III. Tertio, Magno consensu, uiuente  
adhuc Lutherò & rebus tranquillis, Axio  
ma illud urgebatur : contra Aduersarios  
pertinaces utendum esse exemplis liber-  
tatis : & ad huius confirmationem affer-  
bantur testimonia Scripturæ. 1. Cor. 7.  
Precio redempti estis, Nolite fieri serui  
hominum. Gal. 5. In libertate, qua Chris-  
tus uos liberauit, state : Nec rutsus iugo  
seruitutis implicemini. Galat. 4. Nunc  
cum cognoscatis Deum, imo potius ab  
ipso cogniti sitis : Cur iterum conuertimi-  
ni ad infirma & mendica Elementa : &  
bis denuo seruire uultis ? Colos. 2. Cau-  
te, ne quis uos deprædetur per Philoso-  
phiam & inanem imposturam secundum  
traditionem hominum, & elementa mun-  
di & non secundum Christum. Item, Ne-  
mo uos iudicet in cibo aut potu, aut par-  
te

tedieii Festi. Si enim per mortem Christi uendicati estis ab elementis Mundi; quid tanquam uiuentes in mundo his decretis obtemperatis? Non gustes, non tangas: quæ speciem quidem sapientiæ præ le feunt, sed re ipsa sunt ἔλεθροι τεῖχοι.

III. Quarto Addebatur & exempla huius Regulæ: Ut, Apostoli uiolant traditiones Pharisæorum, Mat. 12, & 15. Gal. 2. Sed neq; Titus, cum esset Græcus, coactus est circūcidi propter falsos fratres; qui insidiose explorabant nostram libertatem, quam habemus in Christo; ut nos in seruitutem redigerent: quibus nec ad horam cessimus, ut ueritas maneret apud uos. Et in eodem capite, Lapsum Petri, non quidem in doctrina sed in usu libertatis taxans, severissima oratione uititur; Petro aperte restiti in facie, inquit; Quia videbam quod reprehensione dignus es, propter hypocrisim, iuxta quam non recte incedebat in ueritate Euangeli.

V. Exaggerebant doctrinam de Scan dalis: Væ homini, per quem uenit Scan dalum.

*Quod*

CONFUTATIO

Quod uero intempestiuā mutatio  
Cæremoniārum fons esset plurimorum  
& maximorum scandalorum euidenter  
demonstrabat. Quid enim, aiebant, ma-  
gis deformat doctrinā & Ecclesiam, quā  
si ueteres & iam pridem graui contilio  
abieci panniculi assuantur nouæ uesti.  
Si doctrinæ repurgatae & bene constitu-  
tis Ecclesijs Papisticæ assuātur Cæremo-  
niæ? Monebant, Imbecilles non adducen-  
dos esse in dubitationem: ne uidelicet  
existimarent repugnationem doctrinæ &  
Cæremoniārū prius factam nō esse opus  
Dei: sed humana audacia tentatam & sui-  
ceptam esse: immo intempestiuā muta-  
tionem Cæremoniārum in gratiam hosti-  
um factam, nihil aliud præ se ferre, quam  
speciem defectionis a tota doctrina. Vel  
le autem Apostolum, ut non tantū caue-  
mus à malo, sed etiā à specie mali, i. Thes-  
alon. 5. p. 562.

VI. In postulatione concordia cum ho-  
stibus semper spectandam esse προαιρετι-  
er finē, quem hostes propositum habeā-  
bouQ Sicut autem Diabolus non contentus est  
prim

Primo vulnere: sed inde longam telam te  
xit peccatorum & pœnarum: Ita hostes  
Euangelij non contentos esse mutatione  
Cæremoniarum sed ab his paruis initis  
progressus facere ad doctrinæ corrupte-  
rias.

Ideo concludebant, quoties Papistæ  
suas nobis Cæremonias sub specie con-  
cordiæ obtruderent, nobis semper ipso-  
rum hypocrisin & Sophisticam, quæ sub  
hoc prætextu latitaret, magnopere cauen-  
dam & fugiendam esse.

**H**AEC uiuente Lutherò, rebusq;  
ad huc tranquillis & florentibus, &  
ante editionē Sphyngis Interimistica, in  
publicis & priuatis deliberatiōibus, mag-  
no omnium consensu, multaç; libertate  
orationis constantissime & fortissimis  
animis agitata, proposita, & in lucem e-  
ulgata sunt, etiā in illis libris, qui cōtinēt  
corpus Religionis nostræ, ut in locis de  
Cæremonijs de Ecclesia, de Scandalo, de  
libertate Christiana, &c.

Postea

CONFUTATIO A

Postea uero, ingruente persecutione, reflectis et repudiatis his prioribus consilijs et sententijs ex Scriptura deductis, prorsus contraria, magis tamen speciosa, et eo tempore plausibilia: sed non, ut antea ex Verbo Dei, sed ex prophanis Philosophorum et politicorum iudicijs de prompta: & multorum piorum doctorum electione uel tantum propter sordidam lineam Vestem, et quia ex Verbo Dei his nouis Decretis contradicebant, sancta et obsignata sunt.

Neq; uero in consultationibus tantum res constitit: sed postq; principiorum Theologorum authoritas accessit, publice noua Ecclesiarum Reformatio in dicta & promulgata est: quæ non leuicias tantum Cæremonias, ut illi excusationis suæ gratia impias illas conciliaciones extenuare solent: sed ingens agmen Papisticarum Cæremoniarum et foedissimarum Corruptelarum restitui mandabat.

Accesserunt his Decretis collusiones & consultationes cum manifestis hostibus

stib⁹: & non obscura testimonia, his non paruis initij aditum præparari & inclina-  
tionem strui in grauioribus ad regnum  
Antichristi.

Circumferebantur passim & obtru-  
deabantur pijs Pastoribus epistolæ consi-  
lia, adhortationes, & deniq⁹ edita Scrip-  
ta sub doctorum Virorum titulis & auto-  
ritate munita: quibus hoc idem suadeba-  
tur, ne doctores Ecclesiæ hāc seruitutem  
pacis causa in his Conciliatiōnibus impo-  
sitam horride detrectarent.

Laudabantur, ut amantes concor-  
diæ & moderationis: qui has politicas cō-  
sultationes probabant, & in Ecclesiæ re-  
cipiebant. Econtra excutiebantur tanq⁹  
φιλόνεικοι & pertinaces: ac hostium sœui-  
ciæ obijciebantur: qui contra uel hiscere  
uel mutire audebant.

Rationes prorsus ex Scriptura, ut  
antea consuetum fuerat, nullas affere-  
bant: sed ut simplicioribus fucum face-  
rent, exaggerabant pericula: certabant  
autoritate & numero suffragiorum: ex-  
tenuabant has tetras & impias collusio-

## CONFUTATIO

nes eum hostibus Euangelij & lntem  
ne uelabant : ac ordinem in Ecclesia de-  
centem constituendum esse contendes-  
bant : quasi uero antea sine ordine in me-  
ra & magna omnium rerum confusione  
Ecclesiæ nostræ uixissent : & propterea  
non sine graui causa persecutionem pas-  
sa, &c.

Hærentibus in summo discrimine  
propter Cōfessionem & de Ecclesia op-  
time meritis, non solum nullam leuatio-  
nem aut cōsolationem adhibeant: sed ubi  
q; hostium elogia decantantes afflictis af-  
flictionem addebat.

Cum uero admonerentur de priori-  
bus cōsilijs, quibus pios Principes & Ma-  
gistratus antea rexerant, non solum astu-  
re & ueteratorie illa eludebant, circum-  
stantias temporum, periculorum, euentu-  
um, & personarum exaggerando: sed ma-  
ximis etiam & fæuissimis criminationi-  
bus eos impetebant: quorum Christianis  
& placidis monitionibus ab his impijs de-  
liberationibus nouisque decretis absterre-  
bantur.

Hac

Hæc ut initio sub promulgatum Interim tētata et suscep̄ta sunt: ita, quod omnium maxime dolendum est, etiamnum Sophistice paliantur, pinguntur, excusantur, & non solum Rhetoricis coloribus mirifice exornantur: sed etiam publicis scriptis ac testimonijs ex sacra Scriptura male detortis adhuc probantur, confirmantur, & defenduntur quasi re præclaré gesta. Econtra, omnis turbatæ Ecclesiæ & scandalorum occasio & culpa in eos derivatur, qui his impijs ac nouis Decretis cōtradictorijsq; consultationibus & Scriptis uero, pio, & constanti zelo & Verbo Dei obſtiterunt.

**A**D hanc igitur Adiaphorismi confutationem, nos non odio aut malevolentia, sed iustis & grauiſſimis causis adduci, omnes sani & p̄ij facile intelligunt. Verū adjiciamus sane adhuc alias aliquot rationes, quibus hæ impiæ collusiones cum Antichristo adhuc euidentius refutentur.

I. Primum enim extat expressum Dei mandatum congruens cum iynceris illis

Lij

Con-

## CONFUTATIO

Consultationibus tempore viri Dei D<sup>r</sup> Lutheri suscep<sup>tis</sup> de quibus paulo antea prolix<sup>e</sup> dictum est: quod iubet uitare omnem societatem cum pertinacibus Euangeli<sup>j</sup> hostibus: & postulat constantem, liberam, & ingenuam Euangeli<sup>j</sup> confessionem, sine ulla tergiuersatione aut falso Matth. 10. Marci 8.2. Corinth. 6. Nolite iugum ducere cum impijs.

II. Deinde intelligunt omnes p<sup>i</sup>j, consulendum esse Posteritati, ne tantorum virorum autoritas & exemplum in Regulam, sicut plerique fieri solet, aliquando trahatur: ac ingruente aliqua persecutio<sup>n</sup>e, Posteri simili levitate inconstantiac<sup>e</sup> ludant in causa Religionis: & Euangeli<sup>j</sup> confessionem, ut rem indifferenter iuu Adiaphoron, abiiciant: & ad iunctates hominum ac consilia Politicorum Religionem attemperent: Id quod non est leue crimen, sed, iuxta Paulum, inimicitia crucis Christi, Gal. 6.

III. Necesse est, ut hostibus professis & manifestis, qui ex hac Adiaphorica Col<sup>o</sup> lusione in summam spem uictoriae restituenda

tuendarumq; suarum impietatum erecti, sunt, clare ostendatur Veritatis facies: & declaretur, Seumen aliquod sanctum & pias reliquias diuinatus conseruatas esse: quæ nō curuarint sua genua corā Baal, nec acceperint characterem Bestiæ.

**V**T uero hæc tanta mala errorū ac scandalorum recte sincereq; sa-  
nentur, & ex Ecclesia Dei tollantur: o-  
portet omnino sequentes Regulas con-  
ditionesue ad amissim obseruari.

## I.

**P**Rimum, ut Exarchi & architec-  
ti harum consultationum & pertur-  
bationum in Ecclesia cogitent de sanan-  
dis his uulneribus: & ad componendas  
domesticas controuersias afferant ani-  
mos non exulceratos iniustis odijs, non  
impœnitentia pertinaces, non imbutos  
Sophistica: sed candide iudicantes, quo-  
modo uera & salutaris concordia ad glo-  
riam Dei & Ecclesiae salutem spectans  
fancienda sit: uidelicet, si ingenua de-  
lictii confessione, & acri ipsorum refutati-

L III one

## CONFUTATIO

one fucosæ illæ cōciliationes & Adiapho  
ricæ collusiones et corruptelæ, quib[us] Ec  
clesia Christi horribiliter deformata est,  
pros[er]sus condementur et aboleantur.

Nam hac pertinaci & sophistica pro  
pugnatione iniuste factorum, recteç[em] sen  
tientium ac monentium damnatione, nō  
solum augebunt dissidia: sed & sibijsis  
iram Dei tristioresç[em] pœnas accersent,  
iuxta illud Esaiæ 5. Væ uobis, qui dicitis  
malum bonum, &c.

### II.

Secundo, Hoc etiam cauendū, ne  
in posterum confusio admittatur Euau  
gelij cum humana sapientia, ut tunc factū  
est. Nam ubi Euaugelium confessionem  
imponit ac edi requirit coram Regibus  
& Principibus: humana sapientia late  
bras quærit, & ιρησφύγεται siue astuta effu  
gia caprat; quibus elabatur, ne propter  
Confessionem aliquid periculi sustinere  
cogatur. Id quod non est leue crimen: sed,  
ut dictum, est iuxta Paulum, manifesta i  
nimicitia Crucis Christi, Gal. 6.

### III.

Tertio,

Tertio, Ut Ecclesiæ libertas, quæ est summa & caput totius Religionis Christianæ, conseruetur : & simpliciores eruditantur: omnes Cæremonias ab Antichristo obtrusas, & cū opinione necessitatis & cultus impositas, cane & angue peius fugiendas esse, præsertim tempore Persecutionis.

## III.

Quarto, Ut quoties de Religione cum hostibus agitur omnem pacis & concordiae promissionem suspectam habentes: & diligenter caueant, ne metu bellorum & periculorum fracti, aut prauo pacis & tranquillitatis conseruandæ studio illecti, doctrinæ corruptelas admittant: aut Tyrannicam seruitutē sibi imponi patiantur.

V. Postremo, Quia Deus à nobis requirit, nō tantum ingenuam & cōstantem veritatis Confessionem: sed etiam corruptelarum perspicuam & illustrem damnationem: Et Adiaphorismus plurimis corruptelis ianuam aperuerit: & non tantum ab Augustana Confessione

L. iiiij. discels.

CONFUTATIO }

discesserit: sed & omnino ab omni Christiana Confessione, utpote qui nihil aliud nisi mera abnegatio metu crucis suscepta fuerit: Ideo necesse est, eum & proper gloriam Dei, & Ecclesiae salutem diserte taxari, & ex Ecclesia explodi, & contra similes præstigias pios muniri.

Nam qui silentio hunc præterunt, aut sophistice extenuant: hijs se alienis etiam peccatis polluunt: & ex Augustana Confessione confusionem, & ex Christianismo Epicureismum faciunt: pollutoscq; hac Babylonia scortatione in profundum impoenitentiæ horribiliter immergunt.

**H**is inquam & alijs grauissimis causis inducti hactenus Adiaphorismo cōtraximus: & nos ab ipsius authribus tantisper segregamus, donec solenni aliqua & perspicua Refutatione ab ipsis condemnetur: et ex Ecclesia Christi explodatur ac profligetur.

Nihil autem nobis & pijs omnibus magis in uotis est, quam ut hijs, qui primi Adiaphorifini authores & hortatores extiterunt

titerunt ac Israel sua authoritate in errorem abripuerunt, seu ut Scriptura loquitur, peccare fecerunt, lapsus suos serio agnoscant: & non solum à conuitis, fratribus recte & pie monentium persecutio, & patrocinio malæ causæ posthac sibi temperent: sed sua etiam testificatio, studio & opera Ecclesiam Christi ab hisce & alijs Corruptelis ac scandalis, nobiscum unà consentientibus animis uidentur. Nam hoc solo remedio dissensiones domesticæ finiri, hostium impetus frangi & retundi, Ecclesia in integrum restitui, & priuatæ ac publicæ Saluti, optimè consuli poterit.

# GENERALIS EPILOGVS TOTIVS

Operis,



X enumeratis igitur & confutatis Sectis, euidentissime elucescit, quanto conatu Satan incumbat in extingue dam

GENERALIS EPILOGVS

dam lucē salutaris Euangelij: quam DE-  
VS Pater longe benignissimus , pro suo  
ineffabili in nos saluandos amore, discus-  
sis Papatus tenebris accēdit: tum ut erga  
gloriosum aduentum Filij sui iam iam im-  
minentem nos præpararet: tum etiā, ut  
in hisce horrendis confusionibus & tem-  
pestatibus nos consolaretur, & erigeret,  
in Fide, Spe, & Inuocatione: qua tanquā  
sacra anchora in petram Christum fixa ni-  
teremur : & ab ipso tanquam in fluctuan-  
te Cymba dormiente, conseruationē, libe-  
rationē, & æterna halcyonia' peteremus.

Satan autem, ut nos proflus nudos  
& inermes obijciat præsentibus calamita-  
tibus & nouissimæ diei, mūdumq; in ex-  
tremam impietatem demergat, maiori  
nunc impetu, ad opprimendam Verita-  
tem ruit: & spargit suum pestiferum men-  
daciū per tam multiplies & speciosas  
Sectas. Quarum authores & Patronos  
accersit, non solum ex Papatu: sed ex no-  
stris quoq; Scholis & Ecclesijs, tanquam  
noxias uulpeculas, ad uastandam uinciam  
Domini emissas.

Sicut

Sicut in Cantico canticorum Spiritus sanctus nō immerito de talibus grauiſſime cōqueritur: ad easq; acerrime confundandas, hortatur, inquiens: Comprehēdite uulpes, uulpes paruas, uastratrices uineæ Domini, etc. Vocat eos nō lupos (et si reuera lupi sint) sed uulpes, easq; paruas propterea, quod uideatur in speciē parum nocere: & extenuāt suas Corruptelas, ut indignas reuocatione & simplici tantum modō à uulsiā obliniendas & sepeliendas. Sed penitus introspectæ, longe sunt noſcētores, quām Papistæ aperti lupi: qui sum grāſationem deinceps nullo prætextu tegere possunt: sed tanquā cōuicti & declarati Veritatis hostes facile cognoscuntur & uitantur.

At sectarij sunt domestici in nostris Scholis & Palæstris uersati, non solum ut fratres, uerum etiam ut duces & præcipui Antesignani, armati autoritate & opinione Veritatis: à quibus uel latum digitum dissentire, ingens piaculum esse ducuntur. Enim uero de talibus et ipse Apostolus grauissime queritur in Actis, cap. 20.

Vbi

GENERALIS EPILOGVS

Vbi primo lupos quidem præmittit, cū inquit : Scio quod post discessione meam lupi rapaces in uos irruent, non parentes gregi. Sed mox subiicit, alios multo uiciniores et nocentiores, inquiens : Quin adeo ex uobis ipsis surgent Viri loquentes peruersa, ut abducant Discipulos post se. Quibus uerbis illos innuit nimirum : qui in Ecclesia summum locum & gradum docendi obtinentes in manifestos errores labuntur: & tamen sibi tamquam præcipuis Doctoribus per omnia fidem adhiberi postulant.

Talis προσωπολητικ nocentissimum & multis insuperabile malum est. Ideo in sacra Scriptura passim tam seueriter & atrociter prohibetur. Gal. i. Si Angelus ē cœlo aliud Euangelium prædicauerit, sit Anathema. Matth. 23. Nolite uocari Rabbi, id est, Præceptores : unus est Magister uester, &c. Matth. 5. Si oculus (hoc est Doctor) tuus scandalizauerit te : erue ipsum, &c. Deut. 33. Qui dixit patri suo, & matri suæ : Non uidi eum: & fratres suos non agnouit : necq; filios suos cognouit:

Hi

Hi custodierunt eloquium tuum, & pa-  
cūm tuum conseruant. Ipsi docebunt Is-  
rahel iudicia tua, & Israelem Legem tuam  
&c.

Quamobrem memores utilissimæ il-  
lius commonefactionis Christi, Matth. 10.  
Estote prudentes, sicut serpentes, & sim-  
plices, sicut columbae, &c. Simplicitatem  
columbinam ita temperemus prudentia  
serpentina: ut propter nullius dignitatē  
& autoritatem mendacio assentiamur:  
nec propter nullius utilitatem, Veritati re-  
pugnemus: sed eam Doctrinæ purita-  
tem, quam DEVS per electum organū  
suum Reuerendum Doctorem Lutherū,  
ex Propheticis & Apostolicis scriptis e-  
ruit & in lucem protractam inuito Sata-  
na & toto Mundo illustrauit, humiliter  
& reuerenter amplectamur: per quos-  
cunq; tandem ipsam DEVS nobis offre-  
rat: nec offendamur multitudine uel dig-  
nitate corruptientium et abnegantium e-  
am, aut ab ea deficientium.

Simus memores grauissimi illius di-  
cti Christi Matth. 124. Vbi commemora-  
tis

## GENERALIS EPILOGVS

tis multis signis extremi diei & uarijs Se  
ctis, quæ eum præcessuræ essent, tandem  
hoc quasi epiphonema adiiciens inquit:  
Vbicunq; est cadauer, ibidem congre-  
gantur & Aquilæ: innuens paulo ante  
extremum diem, in medijs Corruptelis et  
confusioib; Religionis semper aliquos  
fore, tum inter Doctores, qui luce Spiriti-  
tus sancti, & aquilina perspicacia prædicti  
consutaturi sint Corruptelas: tum etiam  
inter auditores, qui aquilina fame, & ar-  
denti desiderio ad Christum crucifixum  
Cadauer in puro Euangelio annunciatū  
sint conuolaturi. Talem Aquilinam tum  
aciem in dinoscendis Corruptelis, tum fa-  
mem in amplectenda Veritate, digne-  
tur nobis donare, augere & conseruare  
Ihesus Christus Filius DEI: cui cum Pas-  
tre & Spiritu sancto sit Laus & Gloria in  
secula seculorum Amen.

# CONCLV-

SIO.

Hacte

**H**actenus expositæ sūt di-  
iudicationes & Confutatio-  
nes. Quæ, quia cum ad retinē-  
dam doctrinæ puritatem, tū  
ad euitandas insidias Corruptelarum, qui  
bus nativa Euangelij sētētia uarie deprā-  
uata est, plurimū momenti nostro iudicio  
habituræ sūt: uoluimus earū editione pri-  
mū nostris Subditis prospicere, quibus  
hoc officij ratione debemus, ne à simplici  
Verbi Dei norma, in uarias Syrtes & La-  
byrinthos humanarum opinionum &  
somnia abstrahantur. Deinde alijs, ex-  
teris etiam quibuscunq;, studio Christia-  
næ charitatis prodesse: qui uolent hanc  
nostram operam, solo prouehendæ ueræ  
Religionis studio suscep tam, candidè am-  
plecti: & serio à fucatis & Philosophicis  
commentis & figmentis, quibus pollui-  
tur doctrina cœlestis, abhorrent. Po-  
stremo etiam id in hac Confutationis  
Corruptelarum editione spectauimus:  
ut quoniam recte sentientes, non ob-  
scure ab Aduersarijs & Sectarijs ua-  
riorum

riorum errorū, præter omne meritum insi-  
mulantur, hoc Scripto cōfiteremur, testa-  
tumq; faceremus coram D E O, eius Ec-  
clesia, totoq; Mundo, nos in Augustana  
Confessione semel à Parentibus nostris  
agnita, recepta & confessa sincere persis-  
tere: & tum ab his iam refutatis Corrup-  
telis & Sectis, tum ab omnibus alijs, toto  
pectore abhorrere, easq; damnare & de-  
testari. Hoc enim præcipuo studio queri-  
mus, ut uera & iucorrupta doctrina Evan-  
gelij, iuxta sacras literas, Confessionem  
Augustanam, Apologiam, & Sachmal-  
kaldicos Articulos, ab omnibus Corrup-  
telis vindicata sola floreat: & in Ecclesia  
ad gloriam DEI hominumq; salutem do-  
minetur.

Nostro igitur & charissimorum Fra-  
trum nostrorum nomine (permoti ad hoc  
etiam multorum piorum obtestationis  
bus, qui ueras præseintū certaminū Cen-  
suras & Corruptelarum dijudicationes  
à Nobis nostrisq; Doctoribus flagita-  
runt) hanc nostrorum Theologorum coni-  
sentientem confutationem in lucem emi-  
simus.

simus. Idqz (quod toties protestamur) tam  
tum uero & sincero pietatis zelo, & tum  
ut Reipub. Christianæ totiusqz Religio  
nis puritas & incolumentas per nos, quo  
ad eius fieri poterit, prouehatur: tum ut  
detectis perniciosorum Sophismatū præ  
stigijs rudiores sibi facilius à falsis Dog-  
matibus cauere possint.

Sed & illud notum facimus, nos hac  
Censura alijs uere pijs Principibus & Ma-  
gistratibus nequaquam uoluisse quicquam  
præscribere: aut quasi præiudicis quen-  
quam illorum. (tametsi nostro iudicio  
Christianissima) grauare. Nec enim du-  
bitamus, eos, quibus cordi est uera Reli-  
gio, sua sponte facturos officium suum:  
& sedulo datus operam, ut puram & in-  
violatam Euangelij doctrinam ab om-  
nibus Sectis & Corruptelis segregatam,  
subditis proponi curent: præterea, si quæ  
forte in ipsorum Ecclesijs essent enatae,  
ut non sophisticè pingantur, sed grauiter  
matureqz exterminentur: Deinde ne in

M

posterum

## CONCLVSION

posteriorum licentia fingendi nouas & à sacra Scriptura alienas opiniones, aut colludendi cum hostibus uel manifestis, uel etiam occultis Seductoribus, Doctoribus Ecclesiæ alijsue concedatur.

Illud etiam de nobis omnium Ordinum homines sibi persuasū habeant, nos eo quoq; consilio adductos, hanc Confutationem adornasse: ut Fidei nostræ Confessio, studiū nostrum prouehendā uera Religionis omnibus innotesceret, & perspicuum fieret nos uere Maiorum nostrorum laudatissimis uestigijs insistere: nihilq; tam in uotis habere, quam ut ubiq; extirpatis omnibus hominum prauis Traditionibus, Commentis & Corruptelis, sola Euangelij doctrina pura & incorrupta tradatur & propagetur. Idq; non iuxta concinnas & plausibiles imposturas, Philosophorumq; præstigias & conciliationes: sed iuxta sacras Literas & formulas Augustanæ Confessionis, Apologiæ, & Articulorum Schmalkaldicorum,

rum. Quarum pura & nativa sententia  
hactenus in nostris Ecclesijs locum obti-  
nuit, & iuuante DEO post hac etiam, re-  
pudiatis omnibus peregrinis opinioni-  
bus, feliciter obtinebit.

Hac igitur de causa mandamus pri-  
mum omnibus & singulis, nostræ Diti-  
nis Prælatis, & in primis Academiæ Ie-  
nensis Professoribus, præsentibus & fu-  
turi, ut quæ Schola ab Illustrissimo Prin-  
cipe Electore amantissimo Parente no-  
stro, & à Nobis dilectissimisq; Fratribus  
nostris, ad tuendum cœleste salutaris Ve-  
ritatis Euangelij depositum, oppugnan-  
dosq; errores ac Sectas præcipue institu-  
ta fundataq; est: Item Superintendantibus,  
Pastoribus & Concinatoribus, quo cunq;  
gradu aut dignitate præditis, Ludirecto-  
ribus, etiam pueritiae formatoribus, No-  
stro Fratrumq; nostrorum nomine, ut &  
puram Euangelij doctrinam consentane-  
am scriptis Propheticis & Apostolicis,  
formulisq; supra aliquoties ciatis, & de-

M ij niq;

## CONCLVSION

nīcē hisce quoq; Confutationibus con-  
gruentem in Templis & Scholis doce-  
ant:nec ulla ratione Corruptelis illis,qua-  
rum Confutatio hic suscepta est,aut ullis  
alij patrocínium aut sophisticam defensi-  
onem accomodent.

Deinde mandamus etiam omnibus  
nostris Ducatus, Statib; Comitib; Ba-  
ronib; Nobilib; Consiliarijs, Præ-  
fectis, Consulibus & Decurionib; ut  
ueram DEI doctrinam suo loco promos-  
ueant & tueantur: contrarijsq; erroribus  
omni sedulitate & seueritate relucentur:  
nec patientur se quoquis uento doctrinæ  
agitari. Quod Christiano pectori omni-  
um maxime deformis, simul ac pernici-  
sum est.

Denicē præcipimus etiam omnibus  
reliquis nostris Subditis, ut in pura totis  
esq; nominata doctrina constantissime  
perseuerent: & tum hasce, tum omnes  
alias præterea Corruptelas earumq; Pa-  
tronos

tronos fugiant ac detestentur. Idq; sub se  
uerissima Nostra Fratrumq; nostrorum a  
nimaduersione.

Ad præstandam autem huic Edicto  
nostro obædientiam, flectere & impelle-  
re singulos debet non tantum Nostra &  
Fratrum nostrorum autoritas: aut pœnæ  
nostræ severitas: sed multo magis cum  
grauissimum DEI mandatum, tum quod  
hoc ipso puritas Verbi conseruatur &  
gloria DEI asseritur: Deniq; quod ita pri-  
uatim & publice omniū hominum  
salus temporaria & æterna pro-  
uehitur & promouetur.

M ii INDEX

# INDEX RE- RVM ET VERBORVM, quæ in hoc libello continentur ordine Alphabetico.

## A

- A**diphoristarum errores circa liberum Arbitrium co-  
rumque Confutatio. fol. 47.  
**A**diphorismus. 67.  
**A**diphoristarum deliberationes & consilia uaria. 68  
**A**diphorismo cur contradicendum sit aliquot ratio-  
nes. 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76.  
Ad salutis retentionem quid requiratur. 64.  
**A**mbrosius. 32.  
**A**ntinomi. 11.  
**A**ntinomorum erroris origo, fons, & causa ex falsa  
definitione Euangeli, quod sit prædicatio pœ-  
nitentiae & remissionis peccatorum.. 15.  
**A**ntinomi negant Contritionem effici a Spiritu sanc-  
to per Legem. 15.  
**A**ntinomia quid mali progignat. 16.  
Antinorum

# INDEX

- Antinomorum dictorum solutio. 19.  
 Antinomi Legem in præcipuo eius usū abrogant. 15.  
 Antinomi doctrinam totius poenitentiae & conuersio-  
 nis ad Deum in solum Euangelium includunt. 15.  
 Anabaptinus quid mali afferat. 21.  
 Anabaptistarum errores varij. 21.  
 Anabaptistarum error circa baptisma infantum. 22.  
 Anabaptistæ confutantur. 22.  
 Anabaptistæ cur abigant infantes a baptismo. 22.23.  
 Anabaptistæ. 20.  
 Aurora regula Lutheri contra Antinomos obseruanda,  
 19.

## B

- Baptismus quid. 21.  
 Baptismus lauacrum regenerationis per S.S. siue in ad-  
 dulcis siue in infantibus. 22.  
 Baptismus ad infantes quoq; pertinet. 23.  
 Baptismus infantum ex Origene probatur. 24.  
 Baptismus cur usurpandus. 24.  
 Baptismus quale foedus cum DEO. 24.25.  
 Baptismus infantū ex Actis Apostolorum probatur.  
 24.  
 Baptismo quid nobis Deus conferat. 24.25.

## C

- Calvinius Sacramentarius. 25.  
 M. iiiij  
 Cato

# INDEX

- Caro in sacris literis quid. 40.  
 Caro non prodest quicquam. 39.  
 Caluinus confutatur. 25. & aliquot sequentibus.  
 Carnalis securitas quomodo taxanda. 66.  
 Cœna Domini cur instituta. 25.  
 Cœnae Domini mirus abusus in Papatu. 26.  
 Cœnae Dominicæ Corruptio. 27.  
 Cœnae Dominicæ transsubstantiatio panis in Corpus  
    & Vini in sanguinem, non est admittenda 28.  
 Cœnae substantia & Usus. 29.  
 In Cœna Domini, Quod & Qui, Relatum quid con-  
    firmet. 30.  
 Cœnae Dominicæ præsentiam Corporalem Corporis  
    & sanguinis Christi testimonia Confirmantia, &  
    argumenta firmissima ex Verbo Dei adducta. 30.31.32.33.34.35.  
 Christi uerba in Cœna duo proponunt, substantiam &  
    Usum. 28.  
 Christi Corpus & Sanguis in Cœna dignis simul &  
    indignis distribuitur. 28.  
 Christi Corpus uerum & Sanguinem esse in Cœna  
    prolixo tractatur. 28.29.30.31.32.33.34.  
 Christus humanam naturam assumpit ex Maria Vir-  
    gine. 38.  
 Christi

# INDEX

- Christi egressus duplex, æternus & temporalis. 2.  
Christus Unigenitus Dei filius. 3.  
Christus quomodo ad sit Ecclesiæ. 3.  
Christus in Verbo & sacramentis quærendus. 9.  
Christi diuinitas sola & nuda non iustificat. 54.  
Christus iusticia nostra in ultraq; natura. 55.76.57.  
Christi transitus ad Patrem quid.. 63.  
Christi ascensionem non esse localem quandam dis-  
iunctiouem, Sed patefactionem illustrem Trinitatis.  
37.  
Christi sola obædientia in articulo iustificationis do-  
minatur. 62.  
Confutatio objectionum Sacramentariorum. 36.37.38  
39.40.41.  
Conciliatio Evangelistarum in formis locutionis de  
Cœna Domini. 31.  
Confessio quid. 61.  
Confessio quando sit necessaria. 67.  
Contritio ex Lege. 17.19.  
Contritio proprium Legis. 20.  
Corpus Christi sub pane in Cœna & uerus sanguis  
sub Vino. 17.18.  
Corporalis & spiritualis manducatio. 32.33  
Corpus Christi & sanguinem, non symbolicum, meto-  
nymicum, figuratum, spirituale, typicum uel  
significa-

## INDEX

- Significatuum, cum Pane & Vino exhiberi, Sed  
id ipsum, quod in ara crucis pro nobis traditum  
& effusum est. 30.
- Corporis & sanguinis Christi in cœna præsentia  
possibilitas. 38.
- Corruptio Christianæ doctrinæ Interim & Adjapho  
ra. 68.
- Cyprianus. D 32.
- Deus uerus in tribus personis. 32.
- Dei unius adorationem Lex flagitat. 1.
- Deum uerum quomodo amittant Iudei, Turci, & Ser  
uetus. 31.
- De Deo Ecclesiæ sententia uera. 3.
- Dei opus, cor nouum creare. 48.
- Deus & uelle & perficere in hominibus saluandis effi  
cit. 49.
- Deus cur sanxerit ministerium Verbi & Sacramen  
torum. 10.
- Dextera Dei quid. 37.
- Doctores quomodo uiam Domino præparent, & ite  
rum intercludant. 18.
- Donatistarum error. 12. 14.
- E
- Euangelistarum unanimis sententia de Cœna Domini. 31.
- Euall-

## INDEX

<i>Euangelium a Lege distinguendum.</i>	<b>16.17.</b>
<i>Euangelio utitur Spiritus sanctus.</i>	<b>16.</b>
<i>Euangelium quid absq; Lege efficiat.</i>	<b>17.</b>
<i>Euangelium quomodo homines consoletur.</i>	<b>17.</b>
<i>Euangelij proprium quodnam.</i>	<b>20.</b>
<i>Euangelio conterriti consolantur.</i>	<b>18.</b>
<i>Excēatio quid.</i>	<b>12.</b>
<i>Explicatio dicti Esaiæ. 40.</i>	<b>18.</b>

## F

<i>Fides quid.</i>	<b>61.</b>
<i>Fides ex auditu quomodo intelligendum.</i>	<b>10.</b>
<i>Fide sola meritum Christi apprehenditur &amp; applicatur.</i>	<b>35.</b>
<i>Fides ex Euangelio.</i>	<b>17.</b>
<i>Fides non potest simul nostra &amp; Christi operibus niti.</i>	<b>63.</b>
<i>Fidei amissæ indicia.</i>	<b>66.</b>

## H

<i>Hæreses aut in Voluntatem Dei, aut in Essentiam incurrit.</i>	<b>1.</b>
<i>Homo non renatus quomodo se habeat ad Voluntas tem</i>	

## INDEX

tem Dei.

47.48.

Homo sua propria Voluntate neque ad Deum se conuertere, neque boni quippiam uelle neque perficere potest.

47.

Homo post conuersionem & non ante neq; in Conuersione σύνεργος Dei appellatur.

50.

Homo non renatus neque intelligit, neque apprehendit Voluntatem in Verbo Dei patefaciam, neque suis proprijs uiribus ad Deum se conuertit.

48.

49.

Humana natura per lapsum qualis effecta.

47.

Humana Voluntas qualis.

49.

Humanæ vires & Voluntas in conuersione non sunt σύνεργα.

50.

Infantes multo aptiores esse ad percipiendum regio  
num Dei quam adultos.

23.

Infantes esse baptizandos.

23.

Iohannis dictum. I. Iohan. 5. Hic est, qui uenit per as  
quam & sanguinem Ihesus Christus, explicatur  
34.35.

Iustificatio quid.

53  
Iusticia

# INDEX

<i>Iusticia Christi essentialis.</i>	54.
<i>Iusticia imputativa.</i>	54.
<i>Irenicus.</i>	56.
<i>Iusticia quid.</i>	62.63.
<i>Iusticie causa.</i>	59.
<i>Iusticia imputativa quales habeat hostes.</i>	52.
<i>Iusticie Imputativa contradicit ratio humana.</i>	52.
<i>Iusticia propriorum meritorum, quomodo defendatur.</i>	52.
<i>Iustificationis articulum Osiander &amp; Stanckarus de- pauant.</i>	53.54.
<i>Iusticia in utraq; Christi natura consistit.</i>	53.54.55.
<i>Iusticia imputativa ab Osiandro quomodo tractetur.</i>	54.
<i>Iusticiam soli humanitati Christi ascribit Stanckar- rus.</i>	55.
<i>Iusticie falsa definitio a Maiore tradita.</i>	62.
<i>Iusticie materialis causa quae.</i>	59
<i>Iusticie christiane ueram causam Mai: corrupxit.</i>	59
<i>Iusticiam soli diuinitati Christi Osiander ascribit.</i>	54.
<i>Iusticia Christiana duabus anchoris niti non potest.</i>	63.
	L
<i>Lex distinguitur ad Euangelio.</i>	16.17.
<i>Lex quomodo cum Euangelio coniungatur.</i>	16.17.
	Lex

# INDEX

- Lex quomodo urgeat Vnitatem essentiæ diuinæ.** 2.  
 tamen trinitatem personarum non tollat.
- Lex quid absq; Euangeliο efficiat.** 17.
- Legis doctrina præcedat Euangeliο.** 17.
- Lex quales homines reddat.** 17.
- Lex malleus.** 18.
- Legis proprietas, Vsus & effectus.** 18.
- Lege securi terrentur.** 18.
- Legis proprium..** 19.
- Liberum Arbitrium.** 45.
- Liberi arbitrij error unde.** 46.
- Libertas qualis in hominibus post lapsum Adæ.** 46.  
 47.
- Liberi arbitrij tres causæ simul cooperantes Adiaphoristarum confutantur.** 47.
- Liberi arbitrij causa Dcūs.** 49.50.
- Libertas humanae Voluntatis in diuinis quod nulla sit.** 50.
- λόγος quid significet.** 1.2.
- λόγος quid Serueto significet.** 1.2.

# M

**Major.**

**Majoris propositiones tres impiæ & Scripturæ minime**

58.

nime

# INDEX

<i>nimo consentaneæ.</i>	59.
<i>Maioris propositionum glossulæ.</i>	59.
<i>Maior quomodo propositionem, bona opera sunt necessaria ad salutem, pallit.</i>	59
<i>Maior confutatur.</i>	60.
<i>Maior applicationem meritorum Christi partim fidei, partim confessioni attribuit.</i>	61.
<i>Maioris erroris confutatio de applicatione meritorum Christi.</i>	61.
<i>Maioris falsa encomia de bonis operibus confutantur.</i>	63.64.
<i>Maior iusticiam &amp; opera commiscet.</i>	62.
<i>Maior iusticiam falso definit.</i>	62.
<i>Maioris propositio, Opera bona conseruare salutem, damnatur, &amp; erronea conuincitur.</i>	63.64.
<i>Maioris axioma, Impossibile est quenquam sine bonis operibus saluari, confutatur.</i>	62.
<i>Maioris tertium axioma, Nemo unquam sine bonis operibus saluatus est, tanquam fomentum multarum falsarum inde promanantium opiniorum, damnatur.</i>	62.
<i>Manna quid.</i>	40.41.
<i>Manna uaria significata habet.</i>	41.
<i>Manna cur vocetur cibus spiritualis.</i>	41.
<i>Meritum Christi quomodo apprehendatur.</i>	61.

*Minister*

## INDEX

- Ministerium Verbi & Sacramentorum officina Spiritus sancti. 14.  
Ministerium non est irritum aut vanum propter malos ministros. 13  
Ministeri efficacia non ex dignitate personæ, Sed tota ex Deo per Spiritum sanctum pendet. 13.  
Ministerio efficacem esse Spiritum sanctum. 11.

## O

- Osiander. 52.  
Osiandri error circa articulum iustificationis. 54.  
Osiander confutatur. 54.  
Osiandristæ. 51.  
Osiandri error quam sit noxius Ecclesiæ Christi. 57.  
Osiandi iusticia quid. 54.  
Osiander iusticiæ imputatiæ hostis. 54.

## P

- Papistarum commentum quod in p[ro]ne sit utrumq[ue] corpus & sanguis. 29.  
Papistarum error de libero arbitrio. 51.  
Parentes primos ad lapsum quid impulerit. 5.  
Paulus quomodo cooperarius Dei. 11.  
Pauli

# INDEX

- Pauli dictum, Quotquot baptizati estis Christum  
 induistis, explicatur. 41.  
 Pauli. I. Corinth. 10. & 11. Sententia de Coena Domini  
 explicatur. 31.  
 Peccatum originale quid. 47.  
 Peccati reliquiæ in rœnatis 51.  
 Peccatum originale quale malum. 47. 48.  
 Pelagianorum error de libero arbitrio. 51.

## S

- Samosatenus. 1.  
 Sacramentarij amouent adminicula fidci. 21.  
 Sarcamentariorum spiritualis duntaxat manducatio  
     in coena Domini conuincitur 29.  
 Sacramenta duo, Baptismus & coena Domini. 25.  
 Sacramenta cur tam in Veteri quam in nouo Testa-  
     mento instituta. 25.  
 Sacramentum cœnæ quare: institutum. 25.  
 Sacramentarij confutantur. 36. 37. 38. 39. 40. 41.  
     42. 43. 44.  
 Sacramenta quomodo proprie spiritualia dicantur. 42.  
 Sacramenta Baptismi & cœnæ dominicæ quomodo  
     conueniant & disconueniant. 41.  
 Sacramenta secundum sententiam Sacramentario-  
     rum, quomodo tantum spiritualia. 42.  
 Sacramenta ueteris Testamenti quid furint 33.

N      Sacramen-

## INDEX

- Sacramentorum origo ex foederibus Veteris Testam  
menti. 34.
- Sacramentariorum origo secundum Sacramentarios.  
34.
- Sacramenta veteris Testamenti quomodo differant a  
noui Testamenti Sacramentis. 40.
- In Sacramentis beneficia Christi quomodo applicen  
tur. 35.
- Sacramenta quid, & cur addita ad legem & Euange  
lium. 20.24.
- Sacramenta adminicula & fulcra fidei & inuocatio  
nis. 21.
- Sanguis Christi in terra quomodo testetur. 35.
- Sanguis Christi in coena communicantibus cur de  
tur. 35.
- Sanguis in Veteri Testamento quid significet. 36.
- Sanguis in novo quid. 36.
- Schuuencfeld. 4.
- Schuuencfeld reñcit omnia media. 4.
- Sedere ad dexteram Dei quid. 37.
- Seruetus. 1.
- Seruetus impugnat Essentiam Dei. 1.
- Seruetus negat λόγον, Verbum in I.cap.Iohannis E  
vangelistæ dici, & significare personam distinctam a  
Patre. 1.
- Serueti

# INDEX

- Seruici error unde. 1.  
Seruictus confutatur. 2,3.  
Spiritus sanctus causa, efficiens conuersionis & illu-  
strationis hominum. 11.  
Spiritus sanctus per quid efficax. 11.  
Spiritus sanctus agit per indignos ministros. 12.  
Spiritus sanctus fuit efficax per ministerium Iude. 13.  
Spiritus & Spiritus i'a quid significent. 42.  
Spiritualia que. 42.  
Stancarus. 52.  
Stancari error & confutatio eius. 55.  
Stancarus errat in articulo iustificationis. 55.  
Stenckfeld negat ullam doctrinam quicquam condu-  
cere ad salutem, Sed Deum proprijs speculatio-  
nibus quaerendum esse. 5.  
Stenckfeldij errores uarii. 6.  
Stenckfeldij error unde. 5,6.  
Stenckfeld confutatur, negans doctrinam in Bibliis  
comprehensam, esse uere ac proprie Verbum  
Dei. 7,8.  
Stenckfeldij error secundus negantis conuersionem  
hominum & illustrationem mediate fieri per mi-  
nisterium, Sed immediate sine ministerio. 9.  
Stenckfeldius uoluntatem & actionem Dei erga ho-  
mines

INDEX

- |  |     |
|--|-----|
| mines depravat.  | 4.  |
| Stenckfeldij error tertius negantis spiritum sanctum efficacem esse per malas, licet legitime sint uocati. | 12. |
| Stenckfeldij error quid pariat.  | 8.  |
| Stenckfeld totum Corpus doctrinæ Christianæ inuidit.   | 4.  |

V

- |  |        |
|--|--------|
| Valentiniani.  | 3.     |
| Verbum Dei propriæ uere esse doctrinam in scriptis literis comprehensam.                           | 7.8.   |
| Verbum Dei uterus Dei.   | 10.    |
| Verbum Dei esse propriæ Scripturam Propheticam & Apostolicam Stenckfeldius negat.                  | 14.    |
| Verbo Ecclesia Colligitur.   | 11.    |
| Verbum Dei quid.   | 7.     |
| Verbum essentiale.   | 7.8.   |
| Verbum uocale.   | 7.8.9. |
| Verbo scripto & uocali neglecto non esse querendam operationem Dei & illustrationem homini numeri. | 8.10.  |

Volens

INDEX

Volentes Deus facit ex nolentibus. 49.

Z

Zuwingli error & impossibilitas præsentis Corporis  
& sanguinis Christi in Cœna refutatur. 37.  
38.

IENAE.

Ex officina Typographica Hæretum  
dum Christiani Rhodij.

